BANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

Akta

Grodzkie i Ziemskie.

AKTA
GRODZKIE I ZIEMSKIE

Z CZASÓW RZECZYPOSPOLITEJ POLSKIEJ

z Archiwum tak zwanego bernardyńskiego we Lwowie

W SKUTEK FUNDACYI

śp. ALEKSANDRA hr. STADNICKIEGO

WYDANE STARANIEM

GALICYJSKIEGO WYDZIAŁU KRAJOWEGO.

TOM VIII.

WE LWOWIE.

GŁÓWNY SKŁAD W KSIĘGARNI SEYFARTHA I CZAJKOWSKIEGO.

Z DRUKARNI NARODOWEJ W. MANIECKIEGO.

1880.

DK
402
A7
t. 8

LIBRARY
852691

PRZEDMOWA.

Tom ten, który obecnie oddajemy do rąk Szanownej Publiczności, różni się tem od poprzednich, że treść jego jest zupełnie jednolita, zawiera bowiem wyłącznie dokumenta odnoszące się do dziejów kapituły przemyskiej obrządku łacińskiego, jej dóbr ziemskich, prelatur, beneficyi i t. d. Jedynie uprzejma i łaskawa uczynność teraźniejszej Prześwietnej kapituły przemyskiej umożebniła nam ogłoszenie tomu tak jednolitej treści, przesyłając do dyspozycyi wydawnictwa od razu cały zapas oryginalnych dyplomów znajdujących się w archiwum kapitulnem. Miły przeto spełniamy obowiązek, składając Jej za to z głębi serca płynące podziękowanie.

Z dokumentów tych zaledwie kilka dotąd drukiem ogłoszono. Treść ich była wprawdzie w znacznej części znana z cennego dzieła ś. p. ks. Pawłowskiego: *Premislia sacra*, lecz czcigodny i o historyografią dyecezyi przemyskiej zasłużony prałat brał z dokumentów tych jedynie to, co pozostawało w naściślejszym związku z opracowanym przez niego tematem, dzieło jego przeto nie mogło nam zastąpić krytycznego ogłoszenia textów. Próez tego pomijał właśnie najdawniejsze dokumenta, mianowicie te, które się odnoszą do dziejów posiadłości ziemskich zanim one przeszły w posiadanie kapituły. Tak więc znajdzie tutaj czytelnik bogaty materyał dotąd zgoła nieprzystępny.

W metodzie opracowania textów, układania indexów nie zaprowadziliśmy tutaj żadnych zmian. Za to rozszerzyliśmy zakres podanego tutaj materyału.

Ograniczaliśmy się bowiem dotąd do epoki ściśle średniowiecznej, to jest do roku 1506. Mając zaś obecnie pod ręką cały dyplomatyczny materyał kapituły aż do czasów najnowszych, chcieliśmy go też zużytkować w całości. Wydrukowaliśmy przeto wszystkie dokumenta aż do r. 1506 *in extenso*, wszystkie następne dokumenta zaś od Nr. CXII. podaliśmy w excerptach z opuszczeniem wszelkich formuł, z zachowaniem tylko tego, co stanowi rdzeń dokumentu, i z pisownią zmodernizowaną, jedynie tylko w nazwach i wyrazach niełacińskich nie pozwalaliśmy sobie żadnych zmian. Żeby wreszcie te dokumenta nowsze od Nr. CXII. zajęły o ile możności jak najmniej miejsca, wydrukowaliśmy je drukiem drobniejszym od poprzednich, chronologicznie dawniejszych. Tym sposobem mogliśmy w tomie tym umieścić wszystkie dokumenta, jakie archiwum kapituły przemyskiej obrządku łacińskiego posiada. Do obszernych objaśnień, krytycznych uwag i exkursów, jak w poprzednim VII. tomie Aktów grodzkich, nie mieliśmy tutaj pola, bo ani autentyczność podanych tutaj przywilejów nie obudzała żadnej wątpliwości, ani też text nie nasuwał, z drobnymi tylko wyjątkami, większych trudności.

We Lwowie w Lipcu 1880 r.

W IMIENIU WYDAWNICTWA:

Oktaw Pietruski. *Dr. Xawery Liske.*

Dyplomataryusz

kapituły przemyskiej obrządku łacińskiego.

I.

W Sanoku 25. Stycznia 1352 r.

Kazimierz Wielki pozwala Dytmarowi mieszczaninowi z Sanoka założyć wieś na prawie niemieckiem i nazwać ją Równe.

(I)n nomine Domini amen. Ea, que aguntur in tempore, simul labuntur cum cursu temporis, nisi scripto apicum et testimonio testium perhenniter roborentur, ea propter nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie notum facimus universis tam presentibus, quam futuris, hanc paginam inspecturis, quod cupientes utilitates regni nostri meliorare et augere de nemoribus et silvis, de quibus nulla utilitas nobis penitus proveniebat, Dythmaro civi de Sanok, nostro fideli, villam iuxta fluvium Iessel damus iure Theuthonico, quod Meydburgense dicitur, perpetuo duraturo, nomen ville Rowne [1]) vulgariter imponendo, locandi, mansos mensurandi omnimodam potestatem, que villa habebit quinquaginta mansos infra limittes iure predicto Theuthonico mensuratos, in qua villa predicto Dythmaro damus scolteciam et posteris seu successoribus ipsius legittimis perpetuo ac iure hereditario habendam, tenendam, possidendam, vendendam, comutandam, pro sua et suorum posterorum utilitate convertandam (*sic*). Que scoltecia habebit tres mansos liberos, mensuratis prius duobus mansis, uno pro ecclesia et alio pro pellendo grege, quod Scothnicza vulgariter dicitur, iuramenta omnia, tercium denarium in penis magnis vel parvis, duobus denariis duntaxat pro nobis reservatis, thabernam liberam, braseatorium liberum, maccellum carnium liberum, bancam panum, sutorum, fabrorum liberas, molendinum, cum quotcunque rotis fieri poterit, super predicto fluvio Iessel piscinam liberam, prata, pascua, licebitque predicto sculteto et posteris ipsius piscari, venari infra limittes dicte hereditatis, mellificia informare, in mansis tamen,

[1]) Równe wieś w powiecie rymanowskim w pobliżu Dukli; dzisiaj własność kapituły przemyskiej obrz. łac.

qui ad sculteciam pertinebunt; scultetus vero, qui pro tempore fuerit, ad expedicionem generalem unum hominem in levibus armis videlicet in pancerio, in slappa et cum hasta in equo valenti [1]) mittere teneatur et kmethones ad expedicionem per duos scottos grossorum nobis dare tenebuntur. Ad iudicia autem magna, que ter in anno fieri consueverunt, unum prandium scultetus et duo kmethones nuncio nostro, quem ad hoc mittemus, ministrare tenebuntur vel per fertonem grossorum pro quolibet prandio solvent et, ut cicius dicta villa possit locari, a data presencium de agris dudum excultis octo annorum, de silvis vero densis, que extirpari debeant, ad viginti annos continue computandos predicte ville kmethonibus damus et concedimus ab omnibus solucionibus nostris omnimodam libertatem, qua elapsa kmethones ville predicte perpetuo quilibet eorum de quolibet manso singulis annis in festo beati Martini racione census nobis et nostris successoribus per decem scottos, pro decima vero duos scottos, cui de iure debetur, et rectori ecclesie ibidem unam mensuram siliginis et unam avene pro missalibus, annonis solvent et solvere sint astricti. In causis autem capitalibus et criminalibus magnis vel parvis predicto sculteto successoribusque ipsius iudicandi, sentenciandi, condempnandi et puniendi, secundum quod ipsum ius Theutonicum exigit et requirit, damus et tribuimus omnimodam facultatem. Preterea removentes omnia iura Polonicalia, que ius Theutonicum impedire consueverunt, absolvimus et liberamus scultetum dicte ville et suos successores ac kmethones inibi ab omnibus potestatibus et iudiciis pallatinorum, castellanorum, indicum, subiudicum, ministerialiumque ipsorum, ita quod ipse scultetus et sui posteri coram ipsis vel eorum aliquo citati, qui pro tempore fuerint, minime respondebunt, nisi tantum coram iudicio nostro Theuthonicali iure supradicto respondere tenebuntur; kmethones autem coram sculteto ville prenominate suo iure Thewtunico respondebunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Actum in Sanok die Conversionis sancti Pauli anno Domini M° C° C° C° quinquagesimo secundo, presentibus hys testibus Henrico Castellano Vysliciensi, Petro Neorza Tribuno, Pelka Vexillifero, Nicolao Puscz Subdapifero Cracouiensibus, Petro Capitaneo de Sanok et Pelka Subagazone Sandomiriensi et aliis multis fidedignis.

Oryginał pergaminowy sygn. I. 1. Pieczęć wraz ze sznurem, na którym wisiała oderwana. Dokument ten znajduje się prócz tego w drugim exemplarzu w archiwum, mianowicie w zatwierdzeniu z dnia 17/1 1443; główną odmianę zatwierdzenia od oryginału podano poniżej w adnotacyach.

---

[1]) Zamiast wyrazów od *hominem* do *valenti* stoi w potwierdzeniu z r. 1443 Stycznia 17. tylko wyraz: *sagittarium.*

II.

W Krakowie 22. Maja 1359 r.

Kazimierz Wielki pozwala Marcinowi z Cergowy założyć wieś Cergowę na prawie magdeburskiem.

In nomine Domini Amen. Quae magnifica regum fieri decrevit auctoritas, debet merito ratum atque inviolabile perpetuis temporibus permanere, igitur nos Kazimirus Dei gratia rex Poloniae necnon Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cuiaviae Pomoraniaeque terrarum dominus verus et heres perpetuae memoriae commendantes, tam praesentibus quam futuris harum serie literarum, quibus expedit, notum facimus universis, quia cupientes, sicut ex officio regio nobis divinitus concesso tenemur, nostrum regnum dilatare praesertim per densitatem occupata regendo ad culturam, ut ex eo nobis et nostris successoribus fructus uberior obveniat et crescat, propter quod damus fideli nostro Martino de Czergowa [1]) novam villam in fluvio Iasziel exponere ac locare iure Maydeburgensi de quadraginta Franconicis mansis. Quae quidem villa suo nomine Czergowa debet nominari; propter cuius villae locationem et incolarum ad eam vocationem eidem Martino sculteto cum suis heredibus legittimis in eadem villa conferimus et damus sculteciam temporibus perpetuis iure hereditario tenendam, habendam, commutandam, vendendam et secundum suum placitum convertendam. Ad quam sculteciam ipsi Martino sculteto cum successoribus damus tres mansos liberos, quartum pro ecclesia et quintum pro pascuis habendis. Item damus dicto Martino sculteto et suis successoribus unam tabernam, molendinum, piscinam, bancam sutoriam, aliam panum et macellum carnificum cum camera fabrina construere ac habere. Damus insuper dicto Martino sculteto cum succedaneis ipsius tertium denarium de iudicio et sextum de censu praedictae villae obveniente, reliquis nobis et nostris successoribus reservandis. Praeterea, ut eo cicius et melius dictus sculletus eandem villam Czergowa dictam valeat locare, omnibus et singulis emetonibus seu incolis in ipsa locandis infra viginti annos a data praesentium continue ac immediate computandos plenam et omnimodam ab omnibus nostris solutionibus, servitiis, angariis et praeangariis, quibuscunque vocentur nominibus, concedimus libertatem. Qua elabente

[1]) Cergowa wieś w powiecie rymanowskim w pobliżu Dukli, własność kapituły przemyskiej obrz. łac.

quilibet incolarum et cmetonum ipsius villae singulis beati Martini episcopi et confessoris festis per decem scotos grossorum Pragensium numeri nostri regni et per tres mensuras grani triplicis unam tritici, aliam siliginis et terciam avenae et pro campestri decima duos scotos de manso quolibet solvere tenebuntur. Etiam solvere habebunt quolibet anno tria prandia, iudicio magno et provinciali ex parte nostra praesidentibus scultetus unum et cmethones duo vel prandio pro quolibet unum fertonem grossorum praedictorum cum honoribus consuetis, qui in festis magnis nobis exhibentur et praesentantur. Dictus autem scultetus cum successoribus suis ad quamlibet nostram generalem expedicionem in plateis cum hasta in equo ad hoc competenti nobis et succedaneis nostris servire tenebitur et sit astrictus. Ceterum iam dictos scultetum et cmetones ab omnibus iurisdiccionibus, potestatibus, iudiciis et vexationibus Polonicalibus omnium et quorumlibet palatinorum, castellanorum, iudicum, subindicum, ministerialium et officialium, quibuscunque nominibus nuncupentur, eximimus, absolvimus penitus et liberamus, ita quod coram ipsis vel ipsorum aliquo citati minime respondebunt, sed cmetones coram suo sculteto et scultetus coram nobis per nostram citatus literam iure Maydeburgensi de se querulantibus respondere tenebuntur. Damus etiam totalem facultatem dicto sculteto et successoribus eius in villa praedicta Czergowa et infra gades seu granicias ipsius causas criminales audiendi, iudicandi et pro ipsis criminibus culpabiles et demeritos sententiandi, condemnandi et puniendi, secundum quod ius Maydeburgense exigit et requirit. Harum quibus nostrum est appensum sigillum testimonio literarum. Actum Cracoviae feria quarta post dominicam Cantate qua cantatur, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono praesentibus his testibus Othone Poloniae, Floriano Lanciciae Cancellariis, Iaszone Woyniciensi, Zawissa Sandecensi Castellanis, Mszugio Venatore Cracoviensi, Bodzątha Procuratore generali cum aliis multis nostris nobilibus fidedignis. Datum per manus reverendi viri domini Iaunsii Decretorum Doctoris, Cancellarii nostri Cracoviensis et Decani.

Według transsumtu Alberta Sobiejuskiego biskupa przemyskiego wydanego w Brzozowie 8. września 1578 r. (Sygn. B. 26.)

III.

W 1359 r.

Pietrasz Radciowski kupuje dziedzictwo Anny Radywońkowéj.

† Въ лѣто шести тисѧщноѥ шистьдесѧтъ семоѥ (осмьсотноѥ) кꙋпилъ панъ Петрашь дѣдицтво въ Анны Радивонъковоѣ дѣднинꙋ ѥѥ и вотнинꙋ, што по нюй ѿтецъ далъ. Ана продала Петрашкови Радъцѣ́ковьскомꙋ свою дѣднинꙋ и вотнинꙋ оу вѣки и дѣтемъ ѥго: полъ става и со млиномъ и сь коръчмою и землею и сь з дворищи и со всѣмъ што коли ѿтца ѥѣ́ прислꙋшало. А к то ненадобѣ оустꙋпати сѧ ни оунꙋкꙋмъ ѥѣ́ ни племеню ѥѣ́. А кꙋпилъ панъ Петрашь за сорокъ гривенъ. А на то послꙋси панъ староста рꙋскоѣ земли Ѿта Пилецкий, воѥвода Цтиборъ, писарь Ꙗшко; а се землѧне: панъ Ходько Бъıбельский, Кадолъфовичь Дрꙋздъ, Иванъко Полъпричичь, Богданъ Тивꙋнъ, Щепанъ Волошинъ Риботицкий, Олефѣрько сꙋдьꙗ, панъ войтъ перемъıсшльскии, Канътꙋръ из Оугоръ гость, панъ Гꙋтарътъ, Кость Соковичь, Ганькѣ Раховичь. А питъ могоричь оу Бъıбицкого оу домꙋ за копꙋ грошей. А писалъ грамотꙋ писарь пана старостъıнъ дьꙗкъ изъ Болестрашичь именмь Дьꙗчковичь. А при томь былъ попо печѣрескии Петръ а коръчмитъ Олехновичь Семенъ. Оу вѣки вѣкомъ аминь.:.

W roku sześć tysięcznym (ośmsetnym) sześćdziesiątym siódmym kupił pan Pietrasz dziedzictwo u Anny Radywońkowej, dziadowiznę jej i ojcowiznę, którą jej w posagu ojciec dał. A ona sprzedała Pietraszkowi Radciowskiemu swoją dziadowiznę i ojcowiznę na wieki i dzieciom jego: pół stawu z młynem, z karczmą i z ziemią i z dworami i ze wszystkiem, co kiedykolwiek ojcu jej przysłużało. A w to nie potrzeba mięszać się ani wnukom ani rodowi jej. A kupił pan Pietrasz za czterdzieści grzywien: A na to świadkowie pan starosta ruskiej ziemi Otto Pilecki, wojewoda Czcibor, pisarz Jaszko, a oto ziemianie: pan Chod'ko Bybelski, Kadolfowicz Druzd, Iwaszko Półpryczycz, Bogdan Tywun, Szczepan Wołoszyn Rybotycki, Oleferko sędzia, pan wójt przemyski, Kantur gość z Węgier, pan Gutart, Kość Sokowicz, Hanki Rachowicz. A pito mohorycz w domu Bybickiego za kopę groszy. A pisał hramotę pisarz pana starosty diak z Bolestraszyc imieniem Diaczkowicz. A obecny był pop pieczarski Piotr a karczmarz Olechnowicz Semen. Na wieki wieków amen.

Oryginał pergaminowy (A. 1) bez pieczęci. Na odwrotnej stronie: *Privilegium ad villam Pnekolt, vendicio prior.* Przywilej drukowany już poprzednio: Naukowy Sbornik (Lwów 1865) str. 185 i 186.

IV.

W Brzegu 25. Lutego 1363 r.

Kazimierz Wielki pozwala Hryćkowi Zarowiczowi założyć wieś Hryciowa Wola na prawie niemieckiem i mianuje go tamże soltysem.

In nomine Domini Amen. Quod magnifica regum fieri decrevit auctoritas, ratum atque stabile debet perpetuo permanere, proinde nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie necnon terrarum Craconie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyanie, Russieque dominus et heres notum facimus universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod volentes utilitates nostri regni peramplius ampliare, provido viro Hriczchoni Zarouicz in densa silva dicta Yassultha circa fluvium Yassel pertinentem ad castrum nostrum Sanok, villam iure Thewtunicho videlicet Maydburgensi octuaginta mansos solubiles continentem locandi plenam et omnimodam concedimus potestatem, nomen vero eidem Hriczowawola [1]) imponendo et eundem Hriczonem exnunc in eadem villa locanda scultetum cum suis legittimis successores (*sic*) facientes et deputantes. Racione cuius locacionis proventus infrascriptos dictus Hriczko et sui successores nomine scultecie quatuor mansos liberos, thabernam, ortum, piscinam et molendinum liberum perpetuo habebit, tercium denarium de qualibet re indicata et sextum denarium de censu, que omnia eidem scultecie libere sine omni solucione, exaccione de presenti seu in posterum imponendo, damus sibi et suis successoribus veris perpetuis temporibus ascribimus et donamus apprehendenda, tenenda et pacifice possidenda quorumcunque contradiccione non obstante. Eciam duos mansos pro ecclesia et duos pro pascuis habendis damus et assignamus. Revolutisque viginti annis a data presencium omnes kmethones dicte ville de quolibet manso annis singulis sint astricti semper in festo beati Martini octo scotos racione census [2]). Item ipse scultetus in equo valente sex marchas, armatus cum hasta ad expedicionem generalem nobis servire debet, expirata libertate. Et prandia ter in anno, kmethones duo et scultetus unum nostro procuratori dare sint astricti vel pro quolibet prandio unum fertonem solvere

---

[1]) Zdaje się, że wieś ta nie powstała, albo przynajmniej pod tą nazwą nie utrzymała się. Być może, że jest nią wieś Jasionka w powiecie rymanowskim w pobliżu Dukli położona a do kapituły przemyskiej należąca. Ta Jasionka pierwotnie nazywała się *Bischofswald*, (porównaj poniżej dokument lokacyjny z r. 1386 nr. XV.) ale już wcześnie nazwę tę zarzucono.

[2]) Opuszczono: *solvere.*

debent. Insuper liberamus omnes kmethones et scultetum dicte ville ab omni iurisdicione et potestate omnium palatinorum, castellanorum, iudicum et subiudicum ac universorum ministerialium eorumdem ita, quod coram eis vel eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis citati minime respondebunt, sed kmetones coram suo sculteto, scultetus vero coram nobis vel nostro iudicio, dum tamen per litteram nostro sigillo signatam evocatus fuerit, tunc de se querulantibus non aliter nisi suo iure Thewtunico videlicet Maydburgensi respondebit. In causis autem tam magnis quam parvis eidem sculteto iudicandi, sentenciandi, puniendi et condempnandi damus omnimodam [1]) prout ipsum ius Thewtunicum puta Maydburgense exigit et requirit. In quorum omnium testimonium presentes scribi et nostri sigilli munimine fecimus communiri. Datum et actum in villa Bzek [2]) sabbato ante dominicam Reminiscere sub anno Domini M° CCC° LX tercio, presentibus hys Abraham Lublinensi, Dobeslao Wisliciensi, Zauissio Sandeczensi, Dobeslao Crusniciensi Castellanis, Pelka Tribuno Sandomiriensi, Andrea Subiudice Cracouiensi et aliis pluribus fidedignis.

Oryginał pergaminowy (sygn. I. 2.). Pieczęć wraz ze sznurkiem, na którym była zawieszona, zaginęła.

V.

W Przemyślu 1366 r.

Piotr Radziejowski kupuje od Szulżyczów Chlipla i brata jego Zacharjasza dziedzictwo Pnekolt.

Во Имѧ ѡтца и сына свѧтаго доуха. Подъ лѣтомь божьꙗ нарожѣньꙗ тисѧчего трийсотъ шистьцѧтого шестого коупилъ панъ Петръ Радцѣовьский дѣдицтво Пнеколътъ оу Шюлжичювь оу Хлиплѧ и оу брата ѥго Захарьѣ и оу ѥхъ дѣтий со всѣмъ оуѥздомь того села и сычемь и с колодѧземь и сь лѣсомь и з кортъми и свепеты за рѣкою и сь сѣножатьми и землею того села за сто гривенъ вѣснихъ. Я продали и оуздали ѥмꙋ добровоулно и оу вѣки дѣтемь ѥго передъ паномь Пилецкимь старостою роускоѣ земли. Я оу ставꙋ Радивоунъковѣ ловити сѣтью ѥмꙋ добровоулно. Я на то послꙋси владъıка Ларивꙋнъ не крилошанъı [3]) перемъıшльскиї и печать ѥго, панъ

---

[1]) Tutaj opuszczony wyraz: *potestatem*.

[2]) Itinerarium Kazimierza W. nie posiada dotąd literatura nasza. Trudno nam przeto oznaczyć, jaka to wieś. Możnaby myśleć o wsi Brzegi w powiecie wielickim lub w pobliżu Małogoszczy (zob. Dlugosz Liber beneficiorum II. p. 68). Na dziewięć dni poprzednio (16. Lutego) znajdował się król w Krakowie (zob. Piekosiński, kod. dypl. malop. p. 318).

[3]) Część słowa tego a mianowicie: „лошаны“ dopisana po nad wierszem.

Петръ Ивановъıчь и печать ѥго, панъ Ходько Бъıкельский и печать ѥго, Стецко Лоѥвычь ис Ходькомь братомь своѥмь и печать ѥю, панъ Навоуй Стоꙗньский, панъ Навойко Насѧновь братъ, Дмитръ Матьфѣѥвичь, панъ Нѣвъстꙋнъ Столпꙋвьский и братъ ѥго Фаниславъ, панъ Лѣсота, Дрꙋздъ Кадолъфовичь, Васько Кꙋзмычь, панъ Ꙗшко писарь Крꙋкиницкий, Осташко Потрꙋтовичь и сыномь ис Петромь, панъ Стиборъ, Ходько Ꙗголниковъıчь и печать ѥго, Осташко Соульский, Богданъ Тивꙋнъ войтъ перемъıшльский ис мѣстичи, панъ Ожегъ Солнѧчковичь, Глѣбъко и братъ ѥго Костько Бѣзна, соудьꙗ Орефѣрько, владъıчинъ тивꙋнъ Иванъко Гꙋбка. А питъ могоричь оу Аньдръка оу домꙋ Лысого за двѣ гривнѣ вѣсни, и҆ медꙋ за гривнꙋ, а пива за гривнꙋ.:. † А писалъ привилье се попокичь Болестрашицкий именемь Деꙗчковичь Василювь синъ поповь Кость прꙋзвищемь Сорочичь.:.

W imię Ojca i Syna i św. Ducha. Pod rokiem Bożego Narodzenia tysiącznego trzechsetnego sześćdziesiątego szóstego kupił pan Piotr Radciowski dziedzictwo Pnekolt[1]) u Szulżyczów u Chlipla i u brata jego Zacharjasza i u ich dzieci ze wszystkim obwodem tej wsi i z miodosytnią i ze studnią i z lasem i z barciami i świepetami[2]) za rzeką i z łąkami i ziemią tej wsi za sto grzywien ważnych. A sprzedali i oddali jemu dobrowolnie i na wieki dzieciom jego przed panem Pileckim starostą ruskiej ziemi. A w stawie Radzywońkowskim łowić siecią jemu wolno. A na to świadkowie: biskup Hilary z kanonikami przemyskiemi i pieczęć jego, pan Piotr Iwanowicz i pieczęć jego, pan Chod'ko Bybelski i pieczęć jego, Stecko Łojewicz z Chod'kiem bratem swoim i pieczęć ich, pan Nawój Stojański, pan Nawojko Nasianów brat, Dymitr Matfijewicz, pan Niewstup Stołpowski i brat jego Stanisław, pan Lasota, Druzd Kadolfowicz, Waśko Kuzmicz, pan Jaszko pisarz krukinicki, Ostaszko Potrutowicz z synem Piotrem, pan Ściborz, Chod'ko Jaholnikowicz i pieczęć jego, Ostaszko Sulski, Bogdan Tywuń, wójt przemyski z mieszczanami, pan Ożeg Solniaczkowicz, Hlibko i brat jego Kośtko Bizna, sędzia Oreferko, biskupi ciwuń Iwanko Hubka. A pito mohorycz w domu Andrzejka Łysego za dwie grzywny ważne i miodu za grzywnę a piwa za grzywnę. A pisał przywilej ten popowicz Bolestraszycki imieniem Dejakowicz, syn popa Wasyla, Kośt' przezwiskiem Soroczyc.

Oryginał pergaminowy bez pieczęci. (Sygn. A. 2.) Dokument poprzednio już drukowany; naukowy Sbornik (Lwów 1865) str. 186 i 187.

---

[1]) Dzisiaj Pnikut wieś w powiecie mościskim, należąca do kapituły przemyskiej obrz. łac.

[2]) *Świepet* tyle co barć. Zobacz słownik Lindego *sub voce* świepet.

VI.

W Opatowcu 28. Stycznia 1366 r.

Kazimierz Wielki pozwala Janowi z Henselina założyć miasto Honstath czyli Wysokie Miasto na prawie magdeburskiem.

In nomine Domini Amen. Quod regum magnifica fieri decrevit auctoritas, ratum atque stabile debet perpetuo permanere, proinde nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Pomeranie, Russieque dominus et heres notumfacimus tam presentibus quam futuris quibus expedit universis, quod utilitates Regni nostri, de quibus nobis hactenus nulla utilitas proveniebat, per locacionem civitatum nostrarum augere cum Dei opitulamine cupientes, extunc provido viro Iohanni de Henselino regni Ungarie, nostro fideli, civitatem nostram vulgariter Honstath, sed in Polonico Wysszokiemesto [1]) nuncupatum, ducentos mansos in se continentem iure Theutunico videlicet Maydburgensi, quo alie civitates districtus Beecensis nostre et nostra civitas Beecensis gaudent, locandi plenam et omnimodam concedimus facultatem; racione locacionis predicto Iohanni suisque legitimis successoribus omnia molendina cum piscinis quecunque et quotcunque in metis dicte civitatis per ipsum Iohannem et dictos suos successores locari poterint, omnia maccella carnium, omnes cameras pannorum, panum, sutorum, omnem censum, qui dicitur Schrayceyns, de stacionibus panni per textores incidendi ulnatim aut per integra stamina vendendi ac alios quoscunque cuiuscunque status aut condicionis extiterint provenientes, balneum liberum, curiam unam, que dicitur Cotkilhow, octo mansos liberos, sextum denarium de censu, tercium de qualibet re iudicata, duos mansos liberos pro ecclesia ibidem de novo erigenda et ipsius rectore, qui pro tempore fuerit, duos mansos liberos pro pellendo grege, quod Scotnicza nuncupatur vulgariter, quatuor mansos pro pascendis pecoribus, quod in vulgari dicitur Wyweyde, cum plenaria potestate vendendi, donandi, commutandi ac pro sua suorumque successorum voluntate libere exercendi quomodolibet perpetuis temporibus dantes et eciam assignantes, removentesque in dicta civitate nostra Honstath omnia iura Polonicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Theutunicum Maydburgense perturbare seu impedire consueverunt quoquomodo. Absolvimus eciam et perpetuo eximimus predictum Iohannem advocatum

[1]) Dzisiaj Jaśliska miasteczko w powiecie rymanowskim, własność biskupów przemyskich obrz. łac.

ipsiusque successores necnon omnes et singulos cives et incolas ipsius civitatis quoscunque ab omnibus iuribus, iurisdiccionibus, citacionibus et penis, iudiciis ac potestatibus omnium regni nostri .. palatinorum .. iudicum .. subiudicum et ministerialium eorundem ita, quod coram ipsis aut eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, ut puta furti, homicidii, incendii, membrorum mutilacionibus et aliis quibuscunque, citati minime respondebunt aut penas aliquas solvere tenebuntur nisi tantum incole predicte civitatis Honstath coram ipsorum .. advocato, qui pro tempore fuerit, advocatus vero coram nobis aut iudicio nostro generali Theutunico, dum tamen per nostram litteram sigillo nostro munitam fuerit evocatus, tunc de se querulantibus non aliter nisi iure Theutunico Maydburgensi respondere ad obiecta cuilibet, sint astricti. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis pretacto Iohanni advocato, suisque successoribus iudicandi, sentenciandi, condempnandi et puniendi, prout hoc ipsum ius Theutunicum Maydburgense in omnibus suis clausulis, punctis et articulis requirit et postulat, plenam et omnimodam concedimus facultatem. Preterea volentes dictum Iohannem ob sue probitatis merita quodam favore prosequi speciali, volumus et edicto perpetuo duximus statuendum, quod nullus hominum cuiuscunque status aut condicionis extiterit in piscinis suis dicte civitati et advocacie adiacentibus piscari non presumat sine ipsius Iohannis licencia speciali, nobis et dicto Iohanne dumtaxat exceptis, nec aliqua molendina in metis predictis in preiudicium ipsius edificare; decernentes omnes et singulos census, qui provenire poterint de omnibus et singulis ortis adiacentibus prenominate civitati Honstath de camera rasoris panni, qui dicitur Schergadim, de statera libre, que Woge dicitur, de stacione salis in vulgari zalezteys, de deposicione cervisie vel vini, Schrotwerc et de institis ad dictam civitatem Honstath pro commodo, melioracione et utilitate ipsius perpetue pertinere; quos census eidem civitati damus, concedimus, asscribimus et incorporamus perpetuis temporibus duraturis. Et nichilominus omnibus et singulis civibus et incolis in supradicta civitate Honstath locatis et locandis ab omnibus nostris regalibus exaccionibus, vecturis, araturis, laboribus, collectis, angariis et preangariis ac aliis dacionibus, solucionibus infra viginti annorum spacium a data presencium computando damus plenam libertatem. Qua exspirata volumus, ut memorati .. cives et .. incole ipsius civitatis Honstath, nobis et nostris successoribus annis singulis et perpetuis temporibus in festo beati Martini episcopi et confessoris pro censu decem scotos et pro decima unum scotum plebano ipsius civitatis, qui fuerit pro tempore, dare et solvere [1]). Ipse vero Iohannes advocatus suique heredes et successores legitimi ad quamlibet nostram generalem expedicionem cum duabus plachtis servire perpetuo sint astricti. Deinde statuimus ut .. cives et .. incole cum .. kmethonibus villarum adiacencium

---

[1]) Opuszczone: *debeant.*

prelibate civitati tria prandia pro tribus generalibus iudiciis ibidem celebrandis per nos aut nostrum viceprocuratorem, quorum unum advocatus pretactus et duo .. cives et .. incole cum .. kmethonibus predictis, predicti vel unum fertonem pro quolibet prandio solvere teneantur. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Opathouicz in octava beate Agnethis virginis gloriose anno domini M° CCC° LX° sexto, presentibus Zauissza Castellano, Petro Capitaneo Sandecensibus, Raphaele Subcamerario Sandomiriensi, Bodzata Procuratore generali, Iohanne de Iurcow et aliis multis fidedignis. Scriptum autem per Iacobum de Ossowa Notarium curie nostre.

Według potwierdzenia z 22. Listopada 1367 r. umieszczonego i opisanego poniżej pod nrem. VIII.

VII.

W Sanoku 25. Kwietnia 1366 r.

Kazimierz Wielki daje Falkowi z Krosna las Blizne na założenie tam wsi na prawie magdeburskiem.

In nomine Domini Amen. Noverint quibus expedit universi, quod nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Craconie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Pomoranie, Russieque dominus et heres, utilitates regni nostri in districtu Sanocensi per locacionem villarum ampliare cupientes, exnunc provido viro Falconi de Crosno nostro fideli damus et exponimus silvam nostram dictam Blyzne [1]) ad locandum villam iure Theutunico Maydburgensi ex utraque parte fluvii dicti Stobnicza quinquaginta mansos Franconicos continentem, facientes ipsum et eius legittimos successores scolthetos in eadem. Redditus autem infrascriptos ad dictam scoltheciam assignamus, videlicet quatuor mansos liberos, duos ortos, mollendinum, thabernam, duos fabros, necnon tercium denarium rei iudicate et sextum denarium de censu, que omnia libera et sine solucione aliqua eidem scolthecie perpetuo deputamus cum potestate vendendi, commutandi et quovis titulo libere convertendi. Item pro ecclesia et ibidem rectori, qui pro tempore fuerit, duos mansos, pro scothnicza vero unum mansum assignamus. Absolvimus et eciam scolthetum et kmethones dicte ville ab omnibus iudiciis et potestatibus omnium palatinorum, castellanorum, iudicum et subiudicum universorum regni nostri, ita quod coram eis vel eorum aliquo pro causis

[1]) Blizne wieś w powiecie brzozowskim, własność biskupów przemyskich obrz. łac.

tam magnis quam parvis, puta furti, sanguinis, homicidii et aliis quibuscunque citati minime respondebunt. Sed tantum kmethones eiusdem ville coram suo scoltheto, scolthetus autem coram nobis aut nostro iudicio generali, dum tamen per litteram nostram nostro sigillo sigillatam evocatus fuerit, tunc de se querulantibus non aliter nisi ipsorum iure Theutunico Maydburgensi respondere sint astricti. In causis vero criminalibus et capitalibus expressatis scoltheto memorate ville iudicandi, sentenciandi et condempnandi plenam et omnimodam concedimus facultatem. Preterea decernimus, ut exspirata libertate viginti annorum a data presenti computandorum, kmethones de quolibet manso nobis et nostris successoribus octo scotos pro censu, pro decima vero quatuor scotos, cui de iure debent, necnon prandia et alia iura singulis annis in festo beati Martini solvere teneantur. Scolthetus vero et eius successores ad quamlibet expedicionem cum balista decenter expeditus servire teneatur cum effectu. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Sanok in die beati Marci ewangeliste sub anno Domini M° CCC° LX° sexto, presentibus Iohanne Cracouiensi, Zauissza Sandecensi Castellanis, Andrea Subiudice Cracouiensi, Petro Capitaneo Sandecensi, Marszalco scilicet Pelca de Coseczelecz, Mroczcone herede de Sandzisszow nostris fidelibus et dilectis ac aliis multis fidedignis.

Oryginał pergaminowy (I. 3.) Pieczęć wraz ze sznurkiem zaginęła.

VIII.

W Krakowie 22. Listopada 1367 r.

Kazimierz Wielki potwierdza sprzedaż wójtostwa w Honstath (Wyssokemesto) przez Jana z Henzelina, Hankonowi Weisowi wójtowi w Dembowymdziale wraz ze wszystkiemi przywilejami powtórnie potwierdzonemi w tym dokumencie.

In nomine Domini Amen. Iuri congruit et est consonum racioni, ut contractus inter vendentes et ementes litterarum apicibus et fidedignorum testimonio roborentur, ea propter nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Pomeranie Russieque dominus et heres, notumfacimus tam presentibus quam futuris, quod in nostra nostrorumque baronum constitutus presencia providus vir Iohannes de Henselino regni Ungarie noster fidelis, sanus mente et corpore, non compulsus nec coactus, sed sponte et voluntarie advocaciam suam in nostra civitate

dicta Honstath, que in Polonico dicitur Wysszokemesto, [1]) cum omnibus iuribus, dominiis, utilitatibus, proventibus, censibus ac aliis pertinenciis, quibuscunque nominibus censeantur, que et quas in eadem dinoscitur obtinere, prout in privilegio nostro sibi inde per nos concesso subscripto plenius videbitur contineri, provido viro Hanconi dicto Weys quondam advocato in Dambowydzal [2]), pro triginta marcis grossorum Pragensium, nil iuris sibi penitus in dicta advocacia et suis posteris reservando, vendidit et coram nobis iure hereditario perpetuo tenendam, habendam, vendendam, alienandam et possidendam per ipsum Hanconem Weys suosque heredes et successores legitimos resignavit. Cuius quidem privilegii tenor, de quo supra fit memoria, dinoscitur esse talis.

Tu następuje nadanie z r. 1366, powyżej pod nr. VI. oddrukowane, poczem:

Quamquidam vendicionem et resignacionem ratas, gratas atque firmas habentes approbamus, ratificamus et virtute presencium confirmamus presencium sub nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum Actum Cracouie in die beate Cecilie virginis anno domini millesimo CCC° sexagesimo septimo, presentibus Iesscone Castellano, Andrea Pallatino Cracouiensibus, Petro Palatino Sandomiriensi, Iohanne Castellano Sandecensi, Bodzata Procuratore generali et Andrea Subiudice Cracouiensi ac aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Ianusszii, doctoris decretorum, Cancellarii Cracouiensis et Iohannis de Czarnkow, Archidiaconis Gneznensis Vicecancellarii nostrorum. Scriptum vero per Symonem de Roskow Notarium nostre aule regalis.

Oryginał pergaminowy (I. 4.) Pieczęć wraz ze sznurkiem, na którym była zawieszona, zaginęła.

IX.

W Gródku 31. Sierpnia 1375 r.

Władysław ks. opolski darowuje Chlebowi Dworskowiczowi wieś Biskowice.

In nomine Domini amen. Ladislaus Dei gratia dux Opoliensis, Welunensis etc., Russie dominus et heres, ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus universis quibus nosse fuerit oportunum, quod inspectis multiplicibus et diversis obsequiis, quibus fidelis noster Chleb Dworscowycz nobis attenta sollicitudine complacuisse dinoscitur et adhuc

---

[1]) Porównaj powyżej dokument nr. VI.

[2]) Dzisiaj Dembowiec miasteczko w powiecie jasielskim.

aucto fidelitatis studio se poterit in futurum habundancius reddere prompciorem consideratisque defectibus gentis, qua in dicta terra Russie caremus, quam idem terram nostram una cum uxore et pueris suis, sicuti ceteri barones ipsam inhabitant, inhabitabit et residenciam in ipsa faciet personalem, sibi suisque heredibus et successoribus legittimis villam nostram Byskowycze [1]) sittam in districtu Premisliensi cum omnibus et singulis iuribus, dominiis, agris, pratis, silvis, nemoribus, rubetis, mellificiis, virgultis, molendinis, piscinis, aquis, aquarum decursibus ac aliis proventibus et prout ipsa in suis limitibus seu gadibus nunc circumferencialiter est distincta et prout ipsam soli tenuimus et possedimus hucusque, in feudum seu iure feudali damus, donamus donacione inviolabili perpetuis temporibus duratura, tenendam, habendam, utifruendam, alienandam, commutandam, obligandam, donandam, vendendam, nostro tamen ad hoc consensu speciali accedente, ac in usus suos beneplacitos convertendam et per ipsum Chlebonem eiusque heredes et successores legittimos perpetuo possidendam, pro nobis nostrisque heredibus et successoribus legittimis duos grossos magnos sive latos a quolibet kmethone sive fumo ipsius ville annis singulis tollendos et percipiendos, sicuti ipsos ex ceterorum baronum eiusdem terre Russie villis et kmethonibus tollimus et percipimus, specialiter reservantes volentesque, quod idem Chleb suique heredes et successores legittimi nobis nostrisque heredibus et successoribus legittimis racione dicte ville, de aliis vero prout alias servivit, servire cum una lancea sive hasta et uno sagittario ad quamlibet expedicionem seu viam, secundum quod alii eiusdem terre barones serviunt, perpetuo sit astrictus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Grodek proxima sexta feria post decolationem sancti Ioannis Baptiste anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, presentibus venerabili patre domino Anthonio metropolitano Haliciensi, Chothkone Bubilsky, Victore Russie, Bencone Premisliensi Capitaneis, Petro Brun Iudice Provinciali et Dobeslao de Marczynowycze ac aliis nostris fidelibus dilectis. Datum per manus Simonis de Biskow nostre curie notario speciali.

Według transsumtu Zygmunta I. wydanego w Przemyślu 24. Sierpnia 1509 roku.

---

[1]) Buszkowiczki wieś w powiecie przemyskim, własność kapituły przemyskiej.

X.

W Sanoku 15. Marca 1376 r.

Władysław ks. opolski pozwala Stanisławowi Toce założyć wieś Górki na prawie magdeburskiem.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Ladislaus Dei gratia dux Opoliensis, Welunensis et Russie ad universorum tam presentium quam futurorum devenire volumus nocionem, quod cupientes terram nostram Russie per villarum locacionem maioribus utilitatibus reformare, villam dictam Gorky [1]) in fluviis Schowa et Lubachowa in districtu Sanocensi situatam locandam iure Theutonico Maydburgensi [2]), sexaginta laneos Franconicos eidem ville adiungimus pertinendos; dantes et conferentes discreto viro Stanislao dicto Thoka et suis heredibus legittimis et successoribus sculteciam in eadem villa; ad quam quidem sculteciam quatuor lanei liberi, unum [3]) pro pascuis, tercium denarium de qualibet re iudicata, duobus pro nobis et nostris posteris reservatis, et sextum denarium de censu, nobis eciam quinque reservatis, maccellum carnium, bancam panis, sutorem et fabrum, molendina quotque [4]) edificare in dictis fluviis [5]) pertinebunt; removentes ab eadem nostra villa et ab incolis ipsius omnia iura Polonicalia, angarias, preangarias et consuetudines universas, que ipsum ius Theutonicum perturbare consueverint; absolventes insuper et eximentes dictum scultetum et eius heredes seu successores, incolas et inhabitatores dicte ville a potestate omnium palatinorum, castellanorum, iudicum et subiudicum ac ministerialium eorum, ita quod coram ipsis pro causis tam magnis quam parvis minime, nisi dumtaxat incole et inhabitatores dicte ville coram sculteto ipsorum, scultetus vero et eius posteri coram nobis aut iudice seu capitaneo nostro generali, dum tamen per literam nostram evocati fuerint, sigillo nostro munitam, iure ipsorum Theutonico de se querulantibus [6]); in causis autem criminalibus seu capitalibus ac quibusvis aliis dictus scultetus ac sui posteri [7]) indicandi, sentenciandi et puniendi, secundum quod ipsum ius Theutonicum

---

[1]) Górki wieś w powiecie brzozowskim, własność prywatna.

[2]) Opuszczone: *dedimus.*

[3]) I tu i następnie stać powinien przypadek pierwszy a nie czwarty.

[4]) Powinno być: *quotquod.*

[5]) Opuszczono: *possunt.*

[6]) Opuszczone: *respondere tenebuntur.*

[7]) Powinno być: *dicto sculteto et suis posteris.*

postulat et requirit, plenam et omnimodam concedimus potestatem; habebitque dictus scultetus et eius posteri eandem scultetiam plenam facultatem iure hereditario et proprietatis titulo possidendi [1]), tenendi, habendi, utifruendi, obligandi, vendendi, cum nostra tamen voluntate, et in usos suos beneplacitos convertendi; taliter tamen quod dictus scultetus aut sui heredes seu successores nobis et nostris successoribus cum una hasta et uno sagittario in equis et armis bene valentibus et preparatis, quocienscunque in dicta nostra terra Russie necessarium fuerit, servire tenebuntur. Singuli quoque dictorum laneorum cultores nobis et nostris successoribus decem scotos grossorum latorum annis singulis in festo sancti Martini pro censu, sex vero pro decima spirituali solvere tenebuntur, taliter eciam quod prenominatus Stanislaus una cum uxore et pueris suis in dicta nostra terra Russie residenciam faciet personalem, prout se ad hoc specialiter obligavit [2]). In cuius rei testimonium presentes fieri fecimus et nostri sigilli maioris appensione roborari. Actum et datum in Sanok, sabbato proximo ante dominicam Oculi anno Domini millesimo tricentesimo septuagesimo sexto; presentibus reverendo in Christo patre domino domino Mathia electo archiepiscopo Lemburgensi, Bencone Capitaneo Sanocensi, Nicolao dicto Scalka, Andrea dicto Penak, Cristano Brokynheyn, Gruschone et Ioanne nostro Cancellario, qui presencia habuit in commissis, ceterisque multis fidelibus nostris fidedignis.

Według transsumtu Zygmunta I. z r. 1510, opisanego poniżej na właściwem miejscu.

XI.

W Przemyślu 22. Lutego 1377 r.

Władysław ks. opolski pozwala na założenie wsi Radymno na prawie magdeburskiem Mikołajowi Żelaznygłowa i mianuje go tamże sołtysem.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Ladislaus Dei gracia dux Opoliensis et dominus Welunensis et Russie ad universorum presencium et futurorum noticiam volumus declarare, quod cupientes terram nostram Russie per villarum locacionem maioribus utilitatibus reformare honesto viro Nicolao Zelasniglowa villam nostram Radimna [3]),

---

[1]) Powinno być: *habebitque... eandem scultetiam iure hereditario et proprietatis titulo cum plena facultate possidendi.*

[2]) Dokument ten zasługuje na uwagę jako jedno z owych bardzo rzadkich nadań prawa niemieckiego przez Władysława opolskiego. Zwykł on grunta nadawać *iure feodali.*

[3]) Radymno dzisiaj miasto powiatowe, własność biskupstwa przemyskiego obrz. łac.

sitam in districtu Premisliensi, iure Theutunico Mardboriensi locandam et suis successoribus conferimus, adiungentes eidem ville octuaginta laneos, quatuor ortus (*sic*) censuales et prata existencia retro vel circa fluvium dictum Szan, de quibus ad sculteciam predictam sex lanei et alia predicta, videlicet ortus et prata, unum pro pascuis et reliquum pro ecclesia; dantes eidem Nicolao Zelasniglowa et eius successoribus sculteciam in eadem villa Radimna cum dictis sex laneis, quatuor ortibus et pratis, sextum denarium de censu et tercium denarium de iudicio, nobis duobus reservatis, thabernam, maccellum carnium, bancum panis et alium bancum sutorum, molendinum cum piscina situm in fluvio Rokithnicza et cum lacu circa villam predictam, cuius utilitates pro ipso Nicolao et suis successoribus perpetuo assignamus. Dictam autem sculteciam cum suis pertinenciis universis, ut prefertur, eidem Nicolao et suis heredibus et successoribus legittimis damus et assignamus per ipsum tenendum, habendum, possidendum, utifruendum, vendendum, commutandum ac in suos usus et ipsius successoribus (*sic*) beneplacitos, iure hereditario et proprietatis titulo prout sigillum (*sic*) videbitur melius expedire; removentes ab eadem villa et dicto sculteto, ab omnibus iuribus et incolis eiusdem ville omnia iura Ruthenica et angarica (*sic*) ac consuetudines universas, que per (*sic*) ipsum ius Theutunicum impedire consueverunt; absolventes et exementes dictum scultetum et ipsius successores et incolas a potestate omnium pallatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum ac ministerialium eorum, ita quod coram ipsis pro causis tam parvis quam magnis minime respondebunt, nisi incole dumtaxat dicte ville coram sculteto vero et [1]) coram nobis aut iudice nostro seu capitaneo, dum tamen per literam nostram fuerit evocatus, tunc de se querulantibus respondebit. In causis autem criminalibus aut quibuscunque nostris aliis dictus scultetus vel successores ipsius iudicandi, sentenciandi, puniendi secundum (*quod*) ipsum ius Theutunicum postulat et requirit et omnimodam sibi concedimus facultatem [2]). Volumus eciam, quod dictus scultetus et eius successores nobis et nostris successoribus, dum opus fuerit, cum uno sagittario in equo bono ad expedicionem generalem sint astricti et ad serviendum; singuli quoque incole nobis et nostris successoribus mediam marcam grossorum numeri Polonicalis in festo sancti Martini pro censu et sex pro decima episcopali annis singulis tenebuntur dare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Przemisl in die dominico quo cantatur Reminiscere anno domini millesimo CCC⁰ LXX⁰ septimo, presentibus hys testibus Chodkone Bibilski, Iaskone Kustra, Dimitrio de Lada, Merbotha [3]) Capitane (*sic*), Petro Brun, Iohanne Cancellario nostre curie et aliis testibus fidedignis ad premissa.

Oryginał pergaminowy (I. 5.) Pieczęć wraz ze sznurkiem, na którym była zawieszona, zaginęła.

---

[1]) Zam. *vero et* powinno być *scultetus vero*. [2]) Całe zdanie pobałamucone. [3]) Opuszczono tutaj, jakim starostą był Merbota, niezawodnie przemyskim. Porównaj o tem AGZ. VII, str. 19, nota 1. Pełnem imieniem zwał on się: *Benco Merbota de Ssyrawa* (to jest z Żyrawki w powiecie lwowskim).

XII.

We Lwowie 10. Listopada 1378 r.

Władysław ks. opolski sprzedaje sołtystwo we wsi Radymnie Marcinowi z Łutkawic za 60 grzywien groszy pragskich.

(I)n nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Ladislaus Dei gracia dux Opoliensis, Welunensis et Russie notificamus tenore presencium universis, quibus nosse fuerit opportunum: provido viro Martino de Lutkaucz [1]) villam nostram Radymna dictam, in districtu Premisliensi situatam, iure Theutunico Maydburgensi octuaginta mausos in se continentem locandi damus plenariam facultatem. In quaquidem villa eidem Martino suisque heredibus et successoribus legitimis sculteciam cum quatuor mansis liberis, balerna (*sic*), molendino, piscina, ubi sibi utilius visum fuerit, construendis, uno maccello carnium et uno sutorum, tercio denario de qualibet re iudicata, sexto denario de censibus, necnon aliis omnibus et singulis iuribus, quibus ceteri sculteti in districtu Premisliensi fructi sunt et pociuntur, pro sexaginta marcis grossorum Pragensium Polonicalis numeri, XLVIII^to^ grossos pro marca qualibet computando, vendidimus perpetuo tenendam, habendam, vendendam, obligandam, commutandam, alienandam et in usus suos et suorum posterum beneplacitos convertendam et perpetuo possidendam, iungentes et incorporantes unum mansum pro ecclesia seu rectore ecclesie, qui pro tempore fuerit, ac duos mansos pro grege expellendo, quod in Polonico scotnicza nuncupatur; et in ipsa villa Radymna omnes modos, consuetudines et iura, que ipsum ius Theutunicum impedire seu perturbare consueverunt, penitus removentes; absolventes quoque dictum Martinum scultetum suosque heredes et successores legitimos nec non incolas et kmethones memorate ville Radymna ab omnibus potestatibus et iudiciis omnium castellanorum, palatinorum aliorumque officialium minorum aut ministerialium eorundem, ita quod coram ipsis aut eorum aliquo pro causis tam magnis quam eciam parvis puta sangwinis, homicidii, furticinii, incendii, membrorum mutilacionibus ac aliis quibusvis citati minime respondebunt, sed kmethones et incole eiusdem ville coram ipsorum sculteto, scultetus vero Martinus predictus suique heredes et legitimi successores coram nobis aut iudicio nostro. Dum tamen per literam nostram nostro sigillo

[1]) W dokumencie następującym nr. XIII nazwany *Martinus Lutkowsky*. Łutkowce czyli Łatkowce wieś w powiecie mielnickim obwodzie tarnopolskim.

signatam evocati fuerint, tunc de se querulantibus non aliter quam ipsorum iure Theutunico Maydburgensi ad obiecta respondere cuilibet sint astricti. In causis autem criminalibus aut capitalibus prenotato Martino sculteto suisque heredibus et legitimis successoribus sententiandi, puniendi, condempnandi damus plenariam potestatem, prout hoc ipsum ius Theutunicum in omnibus suis clausulis, punctis et sentenciis postulat et requirit, decernentes, quod quilibet kmetho sive incola eiusdem ville de quolibet manso singulis annis in festo beati Martini episcopi et confessoris perpetuis temporibus nobis nostrisque heredibus legitimis et successoribus mediam marcam, hoc est viginti quatuor grossos magnos sive latos, racione census, tres scotos pro decima ac tria prandia pro tribus iudiciis generalibus in anno quolibet celebrandis an (*sic*) tres fertones, unum pro quolibet, quorum unum scultetus, kmethones ipsius ville duo exspirata libertate, quam ipsis infra octo annorum spacium concedimus, dare et solvere; scultetus vero Martinus et sui heredes et successores legitimi cum duobus sagittariis ad quamlibet expedicionem sive viam servire perpetue sint astricti. Harum nostrarum testimonio literarum quibus sigillum est appensum. Actum et datum Lemburg in vigilia beati Martini confessoris sub anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo octavo, presentibus hys dominis et fidelibus nostris Sandziuogio Capitaneo Cracouiensi, Predborio Marsalco regni Polonie, Wlodcone de Charbinouicz Burgravio in Korczyn, Andreaschone Capitaneo Russie, Chotkone Belsky (*sic*), Hlebone Dworscowicz et domino Nicolao Cancellario, qui presentes habuit in commisso, et aliis quamplurimis viris fide dignis.

Or. perg. (I. 6.) Pieczęć wraz ze sznurkiem, na którym wisiała, oderwana.

XIII.

We Lwowie 10. Listopada 1378 r.

Władysław ks. opolski nadaje dwie wsie Mikołajowi Zelaznejgłowie w zamian za sołtystwo w Radymnie, sołtystwo to zaś przekazuje Jeśkowi z Mazowsza na wykupno z niewoli litewskiej, a ten Jeśko sprzedaje je Marcinowi Lutkowskiemu, co książe potwierdza.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Ladislaus Dei gracia dux Opoliensis, Welunensis et Russie significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod in nostra necnon Andree Capitanei nostri Russie presencia constitutus Ze-

lasna glowa [1]), non compulsus nec coactus, sed ex certa sua sciencia, bona et spontanea voluntate nobis humiliter supplicavit, quatenus pro scultecia alias per nos sibi data [2]) seu in villa nostra Radymno, in districtu Premisliensi situata, duas villas in districtu Grabovecz [3]) dare dignaremur. Nos vero eiusdem precibus inclinati sibi duas villas in prefato districtu hereditarie et perpetue pro eadem scultecia titulo permutacionis dedimus, easdem litteris nostris privilegialibus more solito confirmavimus. Qui quidem Zelasna glowa eandem sculteciam coram dicto nostro capitaneo non coactus omnimode resignavit omnibusque iuribus, que in ipsa umquam habuit, voluntarie cessit et renunciavit. Tandem eandem sculteciam Iesconi de Mazouia ad vendendum assignavimus taliter, ut huiusmodi pecuniis de captivitate, qua per Lytwanos fuit innodatos (*sic*), se debet absolvere, redimere et liberare; pro quaquidem scultecia Martinus Lutkowsky [4]) dicto Iesconi de Mazouia sexaginta marcas grossorum Polonicalis numeri iusto vendicionis titulo assignavit, dedit et persolvit. Ubi dictus Zelasna glowa coram nobis et hys testibus videlicet dominis Sandziuogio Capitaneo, Przedborio Marsalco [5]) Cracouiensibus, Nicolao Penanzek, Ianislao plebano Beczensi eandem sculteciam cum ipsius pertinenciis voluntarie et liberaliter resignavit ac universis suis iuribus cessit et renunciavit. Qua de causa sepedictam sculteciam cum universis suis pertinenciis prefato Martino iuste venditam, datam, collatam et resignatam eidem Martino ipsiusque heredibus et successoribus legittimis assignamus, ascribimus, apropriamus, ipsumque super eadem scultecia affirmamus presencium procuria mediante perpetuis temporibus duraturis. Actum et datum sub appensione nostri sigilli in Lemburg in vigilia beati Martini episcopi et confessoris sub anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo octavo, presentibus Andreaschone Capitaneo Russie, Andrea Dzadcouicz, Chotcone Bebelsky, Chlebone Dworscouicz, Chotkone Loyouicz, Dirsuaco Dworscouicz et domino Nicolao Cancellario nostro, qui presentes habuit in commissis, et aliis nostris fidelibus fidedignis.

Or. perg. (I. 7.). Po pieczęci pozostał tylko sznurek jedwabny czerwony i zielony.

---

[1]) Imie mu było Mikołaj. (Zob. dokument nr. XI).

[2]) Na dniu 22. Lutego 1377 r. (dokument nr. XI).

[3]) Nazwy Grabowiec mamy dzisiaj kilka wsi w tych stronach, najprzód w powiecie radymieńskim, potem mikulinieckim, dalej stryjskim a wreszcie skoleckim. Być może, że tutaj mowa o Grabowcu w powiecie stryjskim.

[4]) W dokumencie poprzednim nr. XII. nazwany: *Martinus de Lutkaucz.*

[5]) Marszałka krakowskiego nie znamy, takiej godności nie było. W dokumencie poprzednim ta sama osobistość występuje jako świadek nazwana: *Predborius Marsalcus Regni Polonie.*

XIV.

W Budzie 5. Maja 1384 r.

Dymitr kardynał-legat papieski i zarządzca kościoła ostrzyhomskiego zatwierdza nadanie dziesięcin kapitule przemyskiej uskutecznione przez biskupa przemyskiego Eryka.

Demetrius, miseracione divina tituli sanctorum Quatuor coronatorum sacrosancte Romane ecclesie presbiter cardinalis ac sancte Strigoniensis ecclesie gubernator perpetuus apostolicequc sedis in regnis Ungarie et Polonie ac aliis terris eisdem regnis subiectis legatus, honorabili et circumspectis viris decano et capitulo ecclesie Primizliensis presentibus et futuris omnibusque aliis et singulis. ad quos presentes pervenerint seu quos presens tangit negocium vel tangere poterit quomodolibet in futurum, salutem in Domino cum paterne caritatis continuo incremento. Ad nostram accedens presenciam venerabilis in Christo pater frater Hericus predicte Primizliensis ecclesie episcopus humili supplicacione coram nobis exponere curavit, quod dudum sanctissimus in Christo pater et dominus dominus Gregorius felicis recordacionis papa undecimus volens debitum sui pastoralis officii super divinum gregem divinitus eidem commissum providencia solicita et sollicitudine provida exequi, instante nichilominus supplicacione invictissimi principis et domini domini Lodowici Hungarie et Polonie regis civitatem Primizliensem et ecclesiam eius a dudum declaravit fuisse et esse kathedralem ac ad tollendum et amovendum quodlibet dubium in premissis eciam ad cautelam ecclesiam ipsam et kathedralem erexit et locum ipsum Primizliensis civitatis nomine, titulo et honore insignivit et voluit perpetuo ipsas civitatem et ecclesiam kathedralem nominari, teneri. haberi et reputari, tam civitatem Primizliensem quam ecclesiam et dyocesim in eventum, quo aliquibus katholicis pontificibus aliquo tempore de consuetudine vel iure iurisdicio competisset, easdem ab huiusmodi iurisdicione, dominio et potestate exemit quorumcunque, ipsam et ipsas volens perpetue libere civitatis eciam dyocesis potiri vocabulis, ad ecclesiam ipsam Primizliensem venerabile in Christo patre fratre Herico in episcopum electo et confirmato et consecrato, prout in litteris eiusdem domini pape suis expressione et ordicie lacius premissa dicunt contineri. Nuper vero seremssima princeps et domina domina Maria Hungarie, Dalmacie etc. regina volens ad humilem supplicacionem nostram condicionem sepefate Primizliensis ecclesie facere in spiritualibus et temporalibus meliorem factum olym supradicti regis genitoris sui elementer

inceptum clemencius prosequi aciem sue celsitudinis tum ad preces nostras tum eciam ad inopiam sepefate ecclesie dirigens presertim, ut spiritualia temporalibus sufulta diutius persistere valerent, ipsi Primizliensi ecclesie et eius pro tempore pastori donavit nonnullas villas, liberaliter tradidit et irrevocabiliter assignavit pro cultu divino ibidem uberius instituendo et felicius in evum prosequendo, prout similiter in litteris eiusdem domine regine plenius et lacius continetur [1]). Et quoniam idem venerabilis pater, sacrorum canonum inimitator, que redditus ecclesiis obvenientibus (*sic*) in certas iubent dividi porciones, vivaciter et indefessa sollicitudine divinorum officiorum sedulitatem cupiens procurare decimas ecclesiarum in districtu Lanchudensi [2]) constitutarum et presertim infra limites ecclesiarum infra specificandarum consistentes cum earum novalibus presentibus et futuris et primo in Lanchuth cum advocacia eiusdem, in Cremnecz, Wyssoka, Helwygheshow, Markenhow, Cossyn, Czetyes, Nawedorph, Langhenhow, Schonerwalt, Henselshow [3]) cum ceteris villis id (*sic*) ipsum districtum concludentibus etiam et plantandis in futurum ipsis decano et capitulo Primizliensibus incorporandum duxit tradendum et perpetue asignandum cum earum utilitatibus et quibuscunque iuribus consistentibus, ad ipsum dominum episcopum iure dyocesano pertinentibus, ymmo coram nobis ipsis, decano et capitulo donavit, tradidit et asignavit perpetue et irrevocabiliter habendas, tenendas, colligendas et percipiendas, sic tamen, ut decime et novalia presentes et presencia ac etiam future et futura communi mense capituli adunari, applicari ac in canonicales porciones dividi [4]) coequales, subiungens, ut nos nostre legacionis auctoritate premissa donacionem et distribucionem communem ac incorporationem paterne dignaremur ad perpetuam rei memoriam confirmare. Nos enim, qui ex cura apostolice sedis officii ad ea ducimur, que ecclesiarum nobis traditarum comodo respiciunt et divini cultus augmentum, predicti domini episcopi iusta desideria et racionabiliter petita volentes admittere, ipsam donacionem decime decano et capitulo modo, ut premittitur, factam, unitam et incorporatam eam auctoritate apostolice sedis ex nostre legacionis officio confirmamus, approbamus ac eam validam et perpetue duraturam presentibus nostris litteris decernimus, mandantes eisdem decano et capitulo Primizliensibus exnunc, inantea, integre et ex toto respondere per censuram ecclesiasticam contradicione

---

[1]) Porównaj AGZ. VII. nr. XV.

[2]) To jest Łańcut.

[3]) *Cremnecz* Krzemienica; Wysoka; *Helwygheshow* Albigowa; *Markenhow* Markowa; *Cossyn* Kosina; *Czetyes* Sietesz; *Nawedorph* Nowa Wieś; *Schonerwalt* Sonina; *Henselshow* Hanzlówka; wsie nie daleko od siebie położone w powiatach łańcuckim, przeworskim i tyczyńskim. Co się stało z wsią *Langhenhow* nie umiem oznaczyć.

[4]) Opuszczono: *debent.*

compesscendo. In cuius donacionis et confirmacionis testimonium presentes litteras nostras ad peticionem predicti domini Herici episcopi scribi fecimus nostrique maioris autentici sigilli appensionis munimine roborari. Datum Bude feria quinta proxima post festum Invencionis Sancte Crucis anno domini millesimo CCC° octuagesimo quarto.

Or. perg. (A. 4.), pismo bardzo nieczytelne, od używanego wówczas w Polsce znacznie odmienne i w kilku miejscach aż prawie do nieczytelności wybladłe i wytarte. Pieczęć wraz z paskami zaginęła.

XV.

W Krośnie 1. Stycznia 1386 r.

Eryk biskup przemyski sprzedaje Michałowi sołtysowi swemu w Równie gaje nad rzeką Jesso położone za 22 grzywien polskich i pozwala na założenie na obszarze tym wsi Byscopeswalt na prawie magdeburskiem.

Ericus Dei et apostolice sedis gracia primisliensis ecclesie episcopus universis ac singulis tam presentibus quam futuris celestem benedictionem cum salute. Quoniam ea, que fiunt in tempore, simul cum tempore evanescunt, necesse est, ut scripto auctentico roborentur, que in solido statu debent permanere. Hinc est, quod nos, cupientes utilitates nostri episcopatus meliorare et augere, in nostris nemoribus et silvis prope nostras hereditates Rowna et Cyrgow super aquam Yessone dictam situatas, ut exinde fructus et utilitas nostro episcopatui proveniat temporibus pro futuris, qua propter discreto viro Michaeli sculteto nostro in Rowna [1]) vendidimus nemora iam dicta pro vinginta (*sic*) duabus marcis Polonicalibus locandi ibidem sexaginta mansos iure Theutonico, quod Magdeburgense dicitur, nomine ville Byscopeswalt [2]) perpetue imponendo. In qua quidem villa dicto Michaeli et suis veris heredibus assignamus sculteciam perpetue iure hereditario tenendam, possidendam, vendendam, commutandam ac pro sua suorumque heredum utilitate convertendam. Que scultecia sex mansos habebit liberos, quatuor videlicet pro sculteto, unum pro ecclesia et unum pro pellendo grege, assignando dicto eciam nostro sculteto tabernam liberam, bancum pannum (*sic*), carnium, sutorum, fabrorum, panicidarum, sartorum et aliorum mecha-

[1]) W oryginale zmieniła późniejsza ręka odmiennym atramentem wyraz ten na *Jesona*.

[2]) Nazwa ta nie utrzymała się, wieś ta nazywa się od rzeczki obok niej płynącej: Jasionka w powiecie rymanowskim i należy dzisiaj także do kapituły przemyskiej.

nicorum [1]) assignamus; licebitque sibi molendinum facere super aquam Yessel ad intra nemora super Cyrgow nostram villam et eciam alia molendina super aquam Yessone predictam, piscinas, prata, venaciones, piscaciones ad intra granicies dicte nostre ville Byscopeswalt secundum suam voluntatem. Et ut citius dicta nostra villa possit collocari, viginti annos libertatis a data presentium continue computandos kmetonibus ibidem se locantibus concedimus graciose. Quibus elapsis de quolibet laneo unam marcam pro censu et fertonem unum pro decima, unum modium avene et duos pullos in festo sancti Martini singulis annis in perpetuum kmetones solvere sint astricti. In causis vero capitalibus seu criminalibus magnis et parvis eidem sculteto iudicandi et sententiandi secundum ius Magdeburgense tribuimus plenam facultatem et quod scultetus sepedictus solum coram nobis vel nostro iudicio Theutonico et kmetones solum coram eorum sculteto iure Theutonico respondebunt eciam concedimus graciose. Eidem eciam sculteto et suis heredibus damus sextam marcam de censu et tercium denarium de penis, tam magnis quam parvis, de qualibet re iudicata, aliis pro nobis nostrisque successoribus (*reservatis*). Qui eciam nobis et nostris successoribus cum una lancea elapsa libertate servire sit astrictus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Datum et actum Crosne oppido nostre diocesis per manus nostras anno domini millesimo C°C°C° octuagesimo sexto in die Circumcisionis Domini, presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Nicolao Rydburg Canonico Poznaniensi et Primisliensi ac Officiali curie nostre, Iacobo eciam Canonico Primisliensi et Plebano in Croskon (*sic*), Vincencio Svenkewolt Iudice Curie nostre generali, pontificatus nostri anno nono.

Or. perg. (A. 5a). Pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

XVI.

W Przemyślu 11. Maja 1386 r.

Rajcy przemyscy wraz z Michalem wójtem poświadczają, że bracia byłego sołtysa radymnieńskiego otrzymali należące się im pieniądze za sołtystwo w Radymnie od Macieja Twarka.

Nos consules civitatis Primisliensis unacum honorabili viro Michaele advocato eiusdem publice protestamur omnibus presencia visuris, quod nobiles viri Myczysko de Ozensko, Procyno ac Pasco, Martinus necnon Clemens fratres quondam sculteti in Radympna

[1]) W oryginale wyraz ten dopisany na podskrobanem miejscu i innym atramentem.

hereditate domini nostri Erici episcopi Primisliensis in domo domini plebani Primisliensis in nostra presencia constitnti publice fatebantur, non coacti nec aliquo dolo circumventi, quod pecunia, pro qua vendiderunt sculteciam in Radympna [1]) villa dicta videlicet centum et decem marcarum discreto viro Mathie Tvark, esset eis ex integro et ex toto debitis, ut erat inter eos ordinatum, temporibus ad eam voluntatem ultima cum prima persoluta. Ita quod nec ipsi nec aliquis ex parte ipsorum nec heredes eorum vellent nec deberent inculpare vel monere dictum Mathiam nec quemcunque alium se de predicta scultecia intromittentem de dictis peccuniis in toto vel in parte vel de dicta scultecia quovismodo impedire. Insuper Pasco, Martinus et Clemens fratres supradicti eodem tempore et loco, quo supra dictam sculteciam cum omni iure ipsorum quomodolibet contingente libere in nostra presencia resignaverunt ad manus dicti domini nostri episcopi promittentes, quod nec ipsi nec heredes ipsorum vellent nec deberent eis in sepe dicta scultecia penitus aliquod ius in perpetuum vendicare, sed dictam sculteciam cum omnibus pertinenciis in perpetuum abnegarent nullum ius in ea nec pro se nec pro suis heredibus in perpetuum penitus reservantes. Datum et actum Primislie anno domini millesimo CCC° LXXX° sexto feria sexta post dominicam Misericordia Domini, nostre civitatis sub sigillo.

Or. perg. (I. 8.) Pieczęć wraz z paskiem pergaminowym zaginęła.

XVII.

W Sanoku 19. Września 1388 r.

Mikołaj Zolkowski wojewoda, Iwan sędzia i inni należący do sądu sanockiego poświadczają, że Janusz Lankawa otrzymał 40 grzywien, za które trzymał w zastawie wójtostwo w Brzozowie.

Nos Nicolaus Zolkowski woywoda, Ywanus iudex, Nicolaus Scalka, Pasko Hungarus ac alii terrigene districtus Sanocensis presidentes in iudicio in Sanok die date presencium publice recognoscimus per presentes, quod nobis sedentibus in predicto iudicio personaliter comparuit Ianus Lankawa non conpulsus nec coactus, sed libere et spontanee fatebatur, quod quadraginta marce, pro quibus advocaciam in Bresen [2]) tenuerat in obligacione, sibi

[1]) Porównaj dokumenty powyżej umieszczone nr. XI do XIII.

[2]) Bresen dziś Brzozów miasto powiatowe do biskupstwa przemyskiego należące.

essent ex toto et integraliter persolute, et super hoc eciam fatebatur, quod decem marcas de eadem obligacione eciam libere dimisisset, promittens, quod nunquam amplius dictam advocaciam racione dictarum quinquaginta marcarum vellet impetere, nec alias quovismodo, sed illam in perpetuum liberam dimitteret et omnem actionem abnegaret. Actum et datum in dicta Sanok anno domini M° CCC° LXXX° octavo, sabbato quatuor temporum ante Michaelis, nostris sub sigillis videlicet woywode et iudicis supradictis (*sic*).

Or. perg. (I. 9.) Obie pieczęci wraz z paskami zaginęły.

XVIII.

W Bełzie 30. Grudnia 1388 r.

Ziemowit książe mazowiecki darowuje Piotrowi proboszczowi kościoła w Lubaczowie i jego następcom wieś Szczytatycze.

In nomine domini Amen. Nos Semouitus Dei gracia dux Mazouie et dominus Belzensis ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum, quorum interest, cupimus efficaciter et volumus devenire, quia ob respectum divine magestatis et ob remedium salutis nostre et animabus progenitorum nostrorum in honorem Dei omnipotentis sancte et individue Trinitatis et beate Virginis Marie gloriose ac beati Stanislai pontificis gloriosi, in quorum nomine et honore dicta ecclesia nostra parochialis in civitate Lubaczouiensi [1]) est plantata et fundata ad devotas supplicaciones discreti viri Petri rectoris eiusdem ecclesie ad eandem ecclesiam parochialem villam nostram nostri veri ducatus Sczitaticze [2]) vulgariter nuncupatam, sitam et positam in districtu nostro Lubaczowiensi, iacentem in fluvio seu rivulo Baszna dicta, nulli parti obnoxiam damus, donamus, ascribimus, afirmamus et incorporamus cum omnibus et singulis utilitatibus, censibus, redditibus, fructibus, obvencionibus, emolimentis et universis pertinenciis et proventibus, agris, pratis, pascuis, rubetis, silvis, mericis, boris, nemoribus, melificiis, lacubus, piscinis, stagnis, paludibus, aquis et earum decursibus, molendinis constructis et construendis ac omnibus ceteris usufructibus, qui nunc inibi habentur vel inveniri et haberi poterint ipsius rectoris ecclesie prenominate et suorum successorum per industriam meliorem. Quemadmodum dicta villa Sczitaticze

[1]) Lubaczów, miasto powiatowe.

[2]) Takiej nazwy wsi odszukać nie mogłem, należy atoli do Lubaczowa wioska Szczutki a w powiecie lubaczowskim leży także wieś Szczutków.

in sua dimensacione et disposicione versus longum est distincta et limitata in latum per memoratum Petrum rectorem ecclesie antedicte et successores ipsius villam antedictam tenendam, habendam, regendam, gubernandam, utifruendam ac perpetuis temporibus pacifice et quiete possidendam. In cuius recompensam volumus, quod homines seu incole ville sepedicte ad reformacionem seu edificacionem castrorum nostrorum iuxta modum et conswetudinem terre nostre Lubaczowiensis, quociens nobis et nostris successoribus oportunum fuerit, sint astricti cum ceteris omnibus villis terre nostre predicte. Et quia homines seu incole ville nominate nobis et nostris successoribus annis singulis perpetuis temporibus consuetum censum, quod podymowe dicitur, per duos grossos Pragenses, avenam necnon post avenam per duos grossos comunes de qualibet stuba in festo sancti Martini confessoris et episcopi venerabilis sint astricti ad solvendum In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Actum et datum in Belz feria quarta infra octavas Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi [1]) de anno domini millesimo tricentesimo octuagesimo octavo, presentibus Paulo Castellano Gostiniensi, Andrea Subcamerario Plocensi, Paulo Capitaneo Belziensi, Sassino Castellano Wyszegrodensi, Chotkone de Byblin, Stanislao Cancellario Russie curie nostre necnon Archidiacono Dobriniensi, Iohanne Mazouita dicto Libnikone Advocato Belzensi ac aliis quampluribus dignis fide testibus ad premissa specialiter vocatis et rogatis.

Or. perg. (I. 10.) Pieczęć wraz ze sznurkami, na których wisiała, oderwana.

[1]) Z daty tej wnosićby można, że kancelarya książęca nie zaczynała roku od Bożego Narodzenia lecz od 1. Stycznia. Gdyby bowiem kancelarya rok zaczynała od Bożego Narodzenia, toby rok 1388 zaczynał się od Bożego Narodzenia r. 1387; w tym roku atoli Boże Narodzenie przypadało na środę *(feria quarta)*, nie mogłoby przeto tutaj stać: *feria quarta infra octavas*, lecz tylko *feria quarta in octava*, ta środa bowiem przypadałaby na samą oktawę. Przypuszczamy przeto, że rok zaczynano tutaj od 1. Stycznia, że przeto dzień tu oznaczony przypada na 30. Grudnia 1388 r.

XIX.

W Jaśle 4. Października 1389 r.

Zyndram z Maskowicz miecznik krakowski nadaje Hanzlowi zwanemu Jon las pomiędzy Jasielskiem i Desznem celem założenia wsi na prawie niemieckiem.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis Amen. Acta, que sunt in tempore, cum decursu pereunt temporis, si igitur aliqua futurorum noticie relucere debeant, congruum est, ut litterarum et vivorum testimonio perhennentur. Igitur nos Zindramus de Masconicz, gladifer regis (*sic*) Cracowiensis, tenore presencium omnibus et singulis tam presentibus, quam futuris, quorum interest vel intererit, volo (*sic*) fore notum, quod circumspecto Hanzloni dicto Ion et suis legittimis successoribus dedi collocare villam de novo iure Theutunico in silva, que wulgariter dicitur Poloni, inter civitatem Iaselska [1]) et inter villam Deszno [2]) ex utraque parte fluvii Murmawa, que villa debet nuncupari Iohane, continens in se nonaginta laneos franconice mensuratos. Racione cuius locacionis eidem Hanzloni et sue legittime posteritati dedi in perpetuum nomine scultecie de eisdem nonaginta mansis sex laneos liberos et piscinam habere infra limites eiusdem ville iure Maydboriensi collocande, duo molendina, septem ortos et unum bancum panum et alium carnium, tabernam et bancum sutorum, fabrum (*sic*), sartorum et costorum seu braseatorum pro plebano duos laneos et pro expulsione pecoris duos omnia libere. Et dedi eidem sculteto et suis legittimis posteris tertium denarium de qualibet re iudicata, pro me duobus reservatis. Kmethones vero expiratis viginti annis libertatis habentes ibidem laneos michi singulis annis in festo beati Martini pro censu de quolibet laneo ex octuaginta mansis per mediam marcam solvent et duos scotos pro decima, ad quem de iure spectabit; de quo censu suprascripto Hanzloni et sue legittime posteritati dedi perpetue sextum denarium, hoc addens, quod nullus locans aliam villam postea extra limites eiusdem ville debet eundem Hanzlonem et suam legittimam posteritatem eternaliter aliquo modo in suis limitibus impedire. Nec ego presidens in Iaselska vel meus procurator debet pro parvis causis in eadem villa iudicando solummodo infra libertatem recipere aliquam penam preter

---

[1]) Jaselska, Jaśliska miasteczko w powiecie rymanowskim.

[2]) Desczno, Deszno wieś w tymże powiecie.

scultetum predictum et suos successores, sed pro incendio et vulneribus mortalibus, pro homicidio, pro furto, pro stupro et obsidio, pro irruencia domicelli et pro qualibet alia violencia solus debeo vel meus procurator, vel quem ad hoc specialiter deputavero, iudicio preesse, duos denarios prout extra libertatem meam temptando; insuper dedi predicto Hanzloni in perpetuum, quod faciat piscinas, quodquod potest habere infra limites eiusdem et etiam suis posteris in eadem villa, sed hoc excipio, quod possum michi et meis posteris piscinam facere in eadem villa, ubi michi placet. De qua scultecia idem Hanzel et sua legittima posteritas debent michi et mee posteritati servire temporibus opportunis cum hasta in equo competenti. Ad quorum certitudinem sigillum meum presentibus est appensum. Cuius testes sunt nobilis Alexander de Wargawa, Petrus, Bartosz, Iohannes Morlin, Swanthoslaus, Laurencius dictus Slappa consules, Petrus dictus Rechtar civis in Iassel[1]) ceterique plures fide digni. Datum et actum in civitate Iassel feria secunda in die sancti Francisci confessoris sub anno domini millesimo CCC° LXXX° nono.

Według zatwierdzenia królewskiego z r. 1428 wydrukowanego i opisanego poniżej.

XX.

W Przemyślu 10. Stycznia 1390 r.

Eryk biskup przemyski oznacza prawa i przywilcje swej kapituły.

In nomine sancte et individue Trinitatis feliciter Amen. Ericus Dei et apostolice sedis gratia episcopus Primisliensis ad perpetuam rei memoriam. Superni muneris pia largitate propicia ardentissimam cordis nostri voluntatem totis desideriis et promptis affectibus illius, qui ecclesiam suam sacrato suo redemit sanguine, doctrinis salutaribus instituit, sacramentorum dotavit efficacia et illustravit spiritu sancto libenter amore prosequimur, ut in edificacione corporis sui mistici in opus ministerii in vineam Domini quasi hora undecima directi illibata fide et spe remuneracionis beate in karitate non ficta Dei adnitores et cooperatores pro modulo nostro ceuseri valeamus, nuper siquidem felicis recordacionis Gregorius undecimus sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summus pontifex ad humilitatis nostre personam innate sibi clemencie bonitatem et consideracionem graciose dirigens, huic Primisliensi ecclesie tunc vacanti nos quamvis inmeritos in pastorem

[1]) Jasiel dzisiaj wieś w powiecie bukowskim.

prefecit et episcopum, nostris onus inportabile iuxta ipsius condicionem ecclesie superponens humeris et inparem viribus solicitudinem et laborem, suscepto enim per nos rite sub eodem sanctissimo patre pontificalis consecractionis munere de terra et cognacione nostra de celebri ducatu Luneburgensi et gentis Saxonum Germanie, relictis domo et parentibus egredientes, quasi peregre, profecti in regionem longinquam gressus nostros direximus, videre vultum commissi nobis gregis et scire, si cuncta essent prospera et agerentur recte circa eum. Advenientes autem multo et laborioso itinere ad hanc nostram sponsam et ecclesiam Primisliensem ex eo, quod cum ipsa nullus umquam ante nos personaliter katholicus sponsus scilicet pontifex habitavit, penitus deformatam et eam desolatam quasi viduam dolenter vidimus et omni decencia et honore dignitatis ecclesie kathedralis destitutam, et quia ecclesiam ipsam iam dudum largicione et interventu quondam illustrissimi Lodowici Vngarie regis per sedem apostolicam in kathedralem erectam et a multis retro temporibus fuisse et esse kathedralem ac eciam a se ad tollendum circa hoc omne dubium per prefatum quondam dominum Gregorium declaratam et de novo creatam et erectam per diversas Romanorum pontificum literas plene constat. Nos tamen eandem ecclesiam cum multis suis possessionibus a scismaticis repperimus occupatam. Nolentes igitur, qui suscepimus iugum Domini et manum ad aratrum misimus, illud abicere aut respicere retro nec mercenariorum more, luporum timendo seviciam, gregem nobis creditum fugiendo dimittere, manus nostras, ut servirent in laboribus sub confidencia celestis auxilii, misimus ad forcia, et in civitate Primisliensi sedem et kathedram episcopalem collocavimus et inibi ecclesiam kathedralem dudum, ut premittitur, instauratam rursus ad honorem omnipotentis Dei totiusque milicie celestis et specialiter sub invocacione et patronatu illibate virginis Marie genitricis unogeniti Dei et Domini nostri Ihesu Christi necnon beatissimi Iohannis Baptiste eiusdem Domini nostri precursoris restauravimus, refecimus et reedificavimus et primitivos in eadem nostra ecclesia kathedrali prelatos, canonicos et capitulum, viros katholicos expertos, literatos et ydoneos omnes in sacerdocio constitutos cum omni honoris prerogativa ac iuris et dignitatis ecclesie kathedralis observancia de novo creavimus, elegimus et assumpsimus et in ipsa ecclesia canonice instituimus et confirmavimus et pro capitulo ecclesie kathedralis nominari, haberi et reputari volumus ipsumque capitulum infrascriptis bonis dotavimus ac omnibus privilegiis capitulo ecclesie kathedralis de iure competentibus uti voluimus et gaudere. Verum quia prefata nostra ecclesia in graniciebus diversorum regnorum fundata et est constituta, ne propter regnorum frequentes mutaciones verisimiles huius novelle plantacionis status, si certis non fuerit instaurata limitibus, subvertatur sollicitudo pastoralis officii nos ammonet et inducit, ut iuxta ipsius ecclesie condicionem, modum et ordinem utiles et necessarios sub certi tenoris forma ecclesie ministros et observanciis eorum de omnibus, quantum nobis possibile est, presentibus inseramus. Hac

igitur ordinacione in perpetuum valitura statuimus et ordinamus et incommutabiliter volumus et precipimus observari, ut in ipsa ecclesia Primisliensi episcopus, decanus et cantor ad instar aliarum ecclesiarum inantea a capitulo eiusdem ecclesie canonice eligantur omnesque dignitates elective presentes et future ad confirmacionem solius episcopi debeant pertinere. Decano eciam concedimus perpetuo iurisdiccionem ordinariam in canonicos et omnes ministros ipsius ecclesie, qui decano pro tempore debebunt obedienciam manualem facere, salva tamen episcopo in omnibus premissis iuxta statuta sacrorum canonum superioritate et maioritate legis dyocesane. Creacio autem seu eleccio et recepcio canonicorum ad capitulum pertinebunt, ita tamen, quod nullo umquam tempore quacumque occasione assument aliquem in canonicum ipsius ecclesie nisi actu sit sacerdos, ne forte ecclesia ipsa noviter, ut premittitur, plantata et rigata, que auxiliante Domino per ministros literarum sciencia, honestate morum et maturitate vite conspicuos et expertos felicia posset incrementa suscipere, si in ea minus periti instituantur [1]), in spiritualibus et temporalibus detrimentum paciatur. Volentes, quod recepcio canonicorum non sacerdotum facta ipso facto sit irrita atque nulla et recipientes vel admittentes non sacerdotem in canonicum, extunc tot proximis canonicorum electionibus et recepcionibus infrascripto moderamine faciendis, quot canonicos non sacerdotes receperint, ipso facto sint privati, et si totum capitulum in hoc deliquerit, potestas pro illis vicibus creandi et recipiendi canonicos, ut infra dicitur, ad episcopum, si vero aliqui nichil culpabiles fuerint, ad alios non culpabiles devolvatur. Nolumus eciam ex causis predictis, quod in predicta nostra ecclesia certus numerus canonicorum et prebendarum quovismodo sit vel statuatur, sed duntaxat tot recipiantur canonici, quot ad arbitrium episcopi, decani et cantoris pro tempore de redditibus capituli poterint sustentari ita, ut canonicatus et prebenda cum canonico electo et recepto oriantur et rursus ipso moriente deficiaut cum eodem. Canonici eciam omnino vivere debent de communi et in mensa communi refici et in una domo simul habitare nec quisquam canonicorum in absencia sua de fructibus prebende sue quidquam debebit percipere nisi de licencia episcopi et capituli, quod in studio privilegiato sit et ex causa studiorum; et si quis canonicorum aliter per sex menses ab ipsa ecclesia temere et absque concordi licencia episcopi, decani, cantoris et capituli se absentaverit, ipso facto absque hominis ministerio, loco, canonicatu et prebenda absque restitucionis gracia sit privatus et canonicatus ac prebenda illius cessabunt esse sicud (*sic*) defuncti, prout superius est expressum. Redditus autem, quibus capitulum ecclesie nostre Primisliensis sustentari debeat, ad honorem Dei dotavimus sub infrascriptis denominacionibus annotantur: decimas presentes et futuras

---

[1]) Po *instituantur* napisał pisarz: *vel primum*, podpunktował atoli dwa te wyrazy oznaczając tem, że je zniszczyć należy. I rzeczywiście nie mają one tutaj żadnego sensu.

cunctarum villarum in districtibus Lanchudensi et Rischowiensi [1]) et villam Pnekolt de mensa nostra et successorum nostrorum tollentes cum omnibus suis iuribus presentibus et futuris decano et capitulo Primisliensi perpetuo et irrevocabiliter donamus et pro usibus predictis effectualiter dimittimus, incorporamus et assignamus et possessionem realem corporalem premissorum tradimus et ipsum capitulum in eam effectualiter ponimus cum omnibus suis pertinenciis iure decimandi et nonalibus presentibus et futuris habendas, tenendas, colligendas et percipiendas et communi mense capituli duntaxat applicandas; volentes et precipientes, ut omnes in unum divites et pauperes eorundem districtuum iam dictorum et ipsius ville Pnekolt pro tempore inhabitatores Domino nostro Ihesu Christo eiusque sacerdotibus predictis iuxta sancciones canonicas decimas solvere debeant et teneantur. Omnes quoque possessiones, res et bona, que prefata nostra ecclesia concessione pontificum, largicione regum aut principum aut oblacione fidelium assecuta est vel in futurum assequi poterit firma esse iubemus et illibata. Statuimus insuper, ut singulis annis in die beati Remigii per capitulum assumatur et deputetur unus de capitulo, qui omnia bona capituli quoad provisionem temporalium regat et colligat et de victualibus communi mense capituli de eisdem bonis et redditibus predictis congrue provideat et quidquid ultra necessaria mense communis de eisdem bonis et redditibus excreverit, ordinacione competenti singulis sabbatis inter canonicos presentes duntaxat in divinis loco cottidianarum distribucionum per eundem deputatum collectorem equaliter dividatur. Voluimus eciam et omni modo decrevimus, quod huiusmodi bonorum collector, provisor, gubernator, administrator ac procurator vel prepositus, quocunque nomine ipsum in futurum nominari contigerit, annualis esse debeat in officio supradicto. Poterit tamen unus ad hoc plurimis annis continuis vel interpolatis ad officium huiusmodi deputari, dummodo fuerit utilis, et ut predicitur singulis annis de novo deputetur. Ipse eciam et decanus et cantor et ipsorum quilibet in recompensam laborum suorum secundum ordinacionem debitam ultra canonicos aliquem habebunt porcionem. Illud eciam pro conservacione iurium et bonorum episcopalium duximus ordinandum, ut, sede Primisliensi vacante, decanus et capitulum administracionem spiritualium et temporalium habere debeant aut vicarium in spiritualibus et temporalibus ad hoc communiter deputare, ne forte bona ipsa propter absenciam episcopi ad prophanos revertantur usus aut quomodolibet distrahantur. Volentes eciam, quod episcopus in admissione sua et canonici in sua recepcione ad premissorum omnium cum aliis ecclesie statutis observanciam per corporale iuramentum prestandum astringantur. Divina insuper officia iuxta ordinarium, quem colligi fecimus, volumus per omnes clericos nostre dyocesis fieri celebrari et observari. Hortamur igitur omnes canonicos et ministros ecclesie nostre Primi-

[1]) Łańcut i Rzeszów.

sliensis presentes et futuros et per Dominum tocius bonitatis contestamur ipsosque per viscera nomine Ihesu Christi rogamus, requirimus et monemus et in remissionem peccatorum suorum ipsis iniungimus, ut pro retribucione premiorum eternorum Dominum timeant, mandata eius, quia gravia non sunt, inviolabiliter custodiant, divinum cultum ferventer diligant et augeant, in lege Domini die ac nocte meditentur, ecclesie sue iura defendant et ex professione canonica in Christi milicia devoti bonum exemplum vita, moribus et doctrina, soli Deo placere cupientes, preferant et in domo Dei cum amoris et caritatis consensu unanimes et concordes habitent et ambulent inoffense, ut per hec et alia Deo digna laudum studia glorificetur filius Dei in ipsis et gentes, inter et inxta quas partim habitant, que Dominum glorie nesciunt, videntes et audientes opera eorum bona glorificent Dominum patrem eorum et ad Dominum convertantur, ut et ipsi per hoc Deo propicio multorum lucrantes animas mercedem copiosam in celis repositam eternam scilicet vitam consequi valeant, servis bene ministrantibus et in agro dominico fructuose laborantibus a Domino repromissam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc ordinacionem, institucionem et voluntatem nostram et ecclesie nostre statum predictum inmutare quomodolibet vel infringere seu in aliquo contravenire aut ecclesie nostre possessiones, res et bona quomodolibet distrahere, alienare vel auferre seu nostra minuere aut premissis consilium, auxilium vel favorem inpendere. Si quis autem temere attemptare fuerit (*sic*) predicta, indignacionem omnipotentis Dei et suorum Petri et Pauli Apostolorum noverit se incursurum. In quorum omnium supradictorum evidens testimonium iussimus appendere (*sic*) nostrum sigillum maius. Datum anno Domini M° CCC° nonagesimo feria secunda infra octavas Epiphanie Domini hora quasi tercia in magna stuba colegii canonicorum ecclesie Primisliensis, presentibus honorabilibus viris domino Herbordo milite herede in Fullensteyn, Iohanne Wlczko et Ieschkone Bohemo terriginis et Michaele Advocato in Primislia necnon aliis pluribus fidedignis.

Et [1]) nos Mathias divina et apostolice sedis providencia ecclesie Primisliensis episcopus et predicti reverendi patris domini Erici inmediatus successor, visis presentibus et eis ut racionabilibus intellectis, ad augmentum divini honoris et ad peticionem decani et capituli nostre Primisliensis ecclesie eadem ratificavimus et confirmavimus, ratificamus et confirmamus In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Or. perg. (A. 6.) Po dwu pieczęciach, z których jedna (Eryka) na sznurkach we środku, druga (Macieja) na pasku pergaminowym po prawej stronie zawieszona była, pozostały tylko dziurki. Na zewnętrznej stronie napis: *Rta* (t. j. *registrata*).

[1]) Wyrazy od *Et* aż do *appendendum* dopisane wprawdzie ręką współczesną lecz innym atramentem i charakterem. Pisał je jak się zdaje sam biskup Maciej i to zaczynając w tym samym wierszu, w którym dokument Eryka się kończył. Tą samą ręką dopisaną jest dopiska w dokumencie nr. XXI.

XXI.

W Przemyślu 3. Maja 1391 r.

Eryk biskup przemyski nadaje kanonikom przemyskim karczmę w Radymnie zastrzegając sobie na niej dożywocie dla swego sługi Hermana; a w dniu 19. Maja 1391 r. w Krakowie zatwierdza tę darowiznę.

In nomine Domini Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo nonagesimo primo, indicione XIIII[a], mensis Maii die tercia, hora terciarium vel quasi, in collegyo canonicorum ecclesie Primisliensis, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Bonifacii divina providencia pape noni anno secundo, in mea notarii publici testiumque infrascriptorum presencia personaliter constitutus reverendus in Christo pater ac dominus dominus Ericus ecclesie Primisliensis episcopus canonicis predicte ecclesie Primisliensis presentibus et futuris tabernam in Radimpna donavit, tradidit et assignavit perpetue et irrevocabiliter habendam et tenendam tali condicione, quod Hermanus suus antiquus famulus ad vitam suam dumtaxat omni anno sex marcas habeat. De residua vero pecunia debent predicto domino episcopo Erico et parentibus suis bis in anno fieri exequie cum vigiliis et missis. Mortuo autem Hermano de illis sex marcis debet una marca dividi inter canonicos predictos pro festo sancti Francisci sub duplici celebrando. De residua pecunia una candela cerea in predicta ecclesia Primisliensi perpetue teneatur. Eciam adiecit, quod nulla alia taberna in predicta Radimpna de novo edificetur nisi per canonicos Primislienses, si utile eis apparuerit, instauretur. Eciam adiecit, si in predicta Radimpna contingeret novam civitatem locari seu fundari tunc sepedicti canonici Primislienses de civitate sic fundata in censu et utilitate tantum habeant, quantum de taberna vel tabernis in prefata Radimpna fiendis seu construendis habuisse potuissent. Acta sunt hec anno, indicione, mense, die, hora, loco, pontificatus, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris Michaele advocato, Clemente, Cuncze Funk, Nicolao Seremmel, Georgio civibus et consulibus in predicta Primislia. Idem predictus reverendus in Christo pater ac dominus dominus Ericus sepedicte ecclesie Primisliensis episcopus iterum coram me notario eodem mense supradicto, die XIX[a], hora terciarum in Cracouia in domo habitacionis discreti viri Andree Werzing civis Cracouiensis eandem tabernam cum suis condicionibus adiectis, ut superius premittitur, sepedictis canonicis Primisliensibus secundario confirmando donavit, tradidit et assignavit, tunc presentibus honorabilibus et discretis viris Andrea

Werzing, Arnoldo de Buska civibus Cracouiensibus, Albo Iohanne familiari predicti domini episcopi et aliis quam pluribus fidedignis.

S. N.

Et ego Nicolaus Iacobi clericus Primisliensis diocesis publicus auctoritate imperiali notarius utrisque donacionibus premissis ac omnibus aliis et singulis dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur unacum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi et in hanc publicam formam conscripsi, quam unacum appensione sigilli dicti domini episcopi signo et nomine meis solitis et consuetis signavi rogatus et requisitus pro testimonio veritatis omnium premissorum.

Tuż po samym dokumencie znajdują się dopisane odmiennem pismem i atramentem słowa:

Et [1]) ego Mathias divina et apostolice sedis providencia ecclesie Primisliensis episcopus predicti reverendi patris domini Erici immediatus successor visis presentibus et eis, ut racionabilibus, intellectis ad augmentum divini honoris et ad peticionem decani et capituli nostre Primisliensis eclesie eadem ratificavimus et confirmavimus ratificamus et confirmamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Or. perg. (A. 7). Obie pieczęci (jedna zawieszona na sznurku a druga na pasku pergaminowym) zaginęły. Na odwrotnej stronie znajduje się napis „*Registratum gratis.*“

XXII.

W Krakowie 17. Lipca 1393 r.

Maciej biskup przemyski za odebrane kapitule karczmy w Radymnie nadaje jej dziesięciny z Jarosławia, Przeworska, Nowosielec i Ostrowa.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Nos Mathias divina et apostolice sedis providencia episcopus Primisliensis omnibus ecclesiarum parochialium rectoribus, castellanis, burgrabiis, advocatis, opidanis, scultetis ac

[1]) Tą samą ręką, pewnie samego biskupa Macieja, dopisana jest także dopiska u dokumentu nr. XX.

kmetonibus singulisque Christi fidelibus utriusque sexus nostre Primisliensis dyocesis, quorum interest vel intererit vel interesse poterit quomodolibet in futurum, notificamus et notum esse cupimus per presentes, quod cum felicis recordacionis reverendus in Christo pater Ericus predecessor noster in onere pontificalis dignitatis pariter et honore primo decano nostre ecclesie et primis canonicis fratribus nostris per eum institutis et eorum successoribus, volens condicionem sue ecclesie, prout tenebatur, secundum canonicas sanctiones in spiritualibus et temporalibus facere meliorem, quandam thabernam in nostra villa Radimpna pleno iure perpetuis temporibus pro ipsorum mensa et usibus donacione gratuita tradidisset, cum potestate ibidem plures thabernas locandi, faciendi et edificandi, si ipsis aut eorum successoribus videretur expedire, demum nos, eidem domino Erico Dei favente clemencia succedentes, timentes dictam donacionem thaberne aut thabernarum propter diversitatem dominorum et dominiorum distinccionem antiquis temporibus posse cedere in mense episcopalis et dicte nostre ville Radympna grave et non modicum detrimentum, timentesque lites futuras inter nos aut nostros successores, decanum et capitulum, thabernarios ipsorum et nostros rusticos dictam villam inhabitantes, cum suadente inimico humani generis homines sint ad discordias plus quam ad pacem proniores, quare dictam donacionem nostri predecessoris ex dictis causis racionabilibus revocavimus, nos de possessione dictarum thabernarum intromittentes. Considerantes denique ex parte nostre ecclesie nobis adeo commendate et pro parte decani et capituli eiusdem ecclesie cultum divinum et fratrum nostrorum decani et canonicorum temporalia debere non minui sed augeri, deliberacione ad hoc matura adhibita, et ut spiritualia temporalibus adiuta diutius valeant perdurare, ipsis fratribus nostris decano et canonicis nostre ecclesie presentibus et futuris in reconpensam predictarum thabernarum et obvencionum seu proventuum easdem concernentium decimas omnes episcopales in districtu Iaroslawiensi de omnibus agris spectantibus ad castrum et ad opidum in Iaroslauia, in Przіworska, in Nouaszedlicz et in Ostrowa [1]) sive sint agri nobilium, advocatorum, scultetorum vel kmetonum presentes et futuras de agris cultis et nondum ad culturam redactis et de quibuscumque opidis, castris et villis in predicto districtu edificatis aut edificandis, locatis vel locandis, ad nos iure dyocesano pertinentes cum ipsarum novalibus presentibus et futuris ac omnibus accrescenciis donavimus, tradidimus et assignavimus perpetue et inrevocabiliter habendas, tenendas, colligendas, et presentibus damus, tradimus et assignamus dicto nostro decano presenti et futuro et fratribus nostris canonicis nunc existentibus et futuris mense communi capituli applicandas. Mandantes omnibus castellanis, advocatis, opidanis, scultetis et kmetonibus ce-

[1]) Nowosielce i Ostrów wsie w powiecie przeworskim.

terisque omnibus ac singulis nobilibus et aliis cuiuscumque condicionis fuerint, qui iure constitucionis divine aut humane ad dandas decimas se noverint obligatos, eidem decano et fratribus nostris canonicis Primisliensis ecclesie presentibus et futuris exnunc et inantea sub commiuacione divini iudicii integraliter responderi. In cuius donacionis et recompensacionis testimonium presentes nostras litteras nostri sigilli autentici appensione dignum duximus roborandas. Datum Cracouie sub anno Domini millesimo CCC° LXXXXIII° ipso sancti Allexii confessoris die, presentibus honorabilibus et discretis viris domino Iohanne Albo Canonico Cracouiensi, domino Th(*om*)a Plebano in Wyszna Primisliensis dyocesis, domino Symone Capellano nostro, domino Nicolao Zyczaldo de Sandomiria et quam pluribus aliis fidedignis vocatis ad premissa.

Or. perg. (A. 9). Po pieczęci pozostał tylko sznurek jedwabny czerwono zielony. Na odwrotnej stronie: *Rta* (t. j. *Registrata*).

XXIII.

W Przemyślu 1. Grudnia 1393 r.

Biskup przemyski Maciej wynagradzając usługi oddane jemu i jego poprzednikowi przez Jana zwanego Biały (Albus) nadaje mu na własność pola w Skołoszowie należącem do wsi biskupiej Radymno.

In nomine Domini Amen. Mathias divina et apostolice sedis providencia episcopus Premisliensis significamus presentibus et futuris noticiam presencium habituris, quibus expedit universis, quod attendentes ac debita sollicitudine perpendentes fidelia, studiosa et indefessa obsequia per Iohannem, dictum Albus, predecessori nostro et nobis exhibita et in posterum, uti arbitramur, prestancius exhibenda, horum consideracione volentes ipsum in aliquo reddere consolatum et ut ad nostra servicia reddere se poterit prompciorem, sibi et suis posteris et legittimis successoribus agros in Scolossino [1]), ad nostram villam Radimpnam pertinentes, prout late longeque ab antiquo sunt et fuerunt distincti, damus, tradimus perpetuis temporibus et donamus, libertantes dictos agros et ipsorum incolas ab omnibus censibus, solucionibus, contribucionibus et quibuslibet aliis exaccionibus, quibuscunque nominibus nuncupentur, ad nostram mensam episcopalem pertinentibus seu futuris temporibus

[1]) *Scolossino*, dzisiaj Skołoszów wieś w powiecie radymieńskim do biskupstwa przemyskiego należąca.

pertinentes (*sic*), ita tamen, quod Iohannes et sui posteri, sui successores legittimi nobis et nostris successoribus metsecundus vel metsecundi prestrare (*sic*) huiusmodi servicium tenebuntur, quod nobiscum aut nostro successore quolibet unus eorum, dum vocatus aut missus in nostris factis et negociis fuerit, ad XVI miliarium spacium transire tenebitur suis propriis sumptibus et expensis, in domo alio remanente, si vero ultra spacium predictum XVI miliarium ipsorum aliquem vocari vel mitti contigerit, tunc ipsi de sumptibus et expensis volumus et tenebimur providere. Damus eciam et concedimus dicto Iohanni et eius successoribus legittimis plenam et omnimodam facultatem dictos agros habendi, possidendi, vendendi, permutandi, alienandi et in usus suos beneplacitos convertendi, prout sibi melius et utilius videbitur expedire, nostro tamen aut nostrorum successorum consensu ad hoc specialiter accedente. In cuius rei evidenciam pleniorem nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum in Premislia in crastino sancte (*sic*) Andree apostoli anno Domini millesimo CCC^{0} nonagesimo tercio, presentibus honorabilibus viris dominis Henrico Cantore, Iohanne Capellano, Iohanne Fulmaris„ Nicolao Pilzna, Iohanne Preposito Canonicis Premisliensibus et aliis quam pluribus viris fide dignis.

Or. perg. (A. 8). Po pieczęci pozostał tylko jedwabny sznurek koloru czerwono zielonego. Na odwrotnej stronie napis nieco późniejszy: *Litera Mathie episcopi in laneos Scoloschow.*

XXIV.

W Przemyślu 7. Marca 1395 r.

Władysław Jagiełło pozwala biskupom przemyskim ściągać dziesięciny takie, na jakie się zgodzono w układzie zawartym pomiędzy biskupem Maciejem a mieszkańcami dyecezyi przemyskiej.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Litwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus universis, quibus expedit presencium noticiam habituris, quomodo propter meliorem et celeriorem locacionem terre nostre Russie reverendus in Christo pater dominus Mathias episcopus Premisliensis nobis complacere et nostre voluntati obtemperare desiderans cum universis et singulis . . baronibus, . . militibus, . . nobilibus, . . clientibus, . . terigenis, . . civibus ceterisque . . hominibus et . . incolis dyocesis Premisliensis composicionem et convencionem super decimis sue Premisliensis ecclesie, voluntate nostra super hoc et consensu specialiter accedente, fecit perpetuis temporibus duraturam, quod scilicet a quolibet laneo censuali sibi suisque successoribus ac ecclesie Premisliensi predicte

pro decima et racione decime sex grossi lati Bohemicales aut pecunia monete communiter decurrentis in regno nostro Polonie sex grossos latos Bohemicales valens singulis annis dari debeant et exsolvi. Quiquidem dominus Mathias episcopus Premisliensis renunciavit uti literis papalibus super decima manipulari sibi danda impetratis, non obstantibus consuetudinibus sive privilegiis quibuscumque de quatuor grossis de laneo pro decima solvenda facientibus mencionem, ubi vero octo vel duodecim grossi de laneo pro decima solvebantur, ibi non minus neque plus in perpetuum exsolvantur. Quocirca vobis universis et singulis . . advocatis et scoltetis in dyocesi Premisliensi existentibus seriose precipimus et mandamus, quatenus temporibus debitis et consuetis quilibet in suo loco pecunias decimales de laneis iuxta modum premissum fideliter colligatis per sex grossos latos Bohemicales, ubi de laneo quatuor solvebantur, ubi vero octo ibi octo et ubi duodecim solvebantur, ibi duodecim exsolvantur in latis grossis Bohemicalibus vel in pecunia equivalenti monete in regno nostro Polonie communiter decurrentis collectamque pecuniam decimalem . . episcopo Premisliensi aut cui de iure debetur, presentetis integraliter et complete, prout offensam nostri culminis volueritis evitare. Actum et datum in Premislia die dominico quo in ecclesia Dei Reminiscere decantatur anno domini millesimo CCC° nonagesimo quinto.

Or. perg. (I. 11). Pieczęć wraz ze sznurkiem, na którym wisiała, oderwana.

XXV.

W Dobrostanach 14. Czerwca 1396 r.

Władysław Jagiełło zatwierdza nadanie królowej Maryi wyjmujące wsie Równe, Cergowę, Brzozów, Domaradz i Radymno z pod sądownictwa świeckiego.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie, fidelibus nostris Kmithe castellano Lublinensi necnon capitaneo Sanocensi ac Nicolao de Szolcow ipsius woyewode et qui pro tempore fuerint, graciam et omne bonum. Quoniam reverendus in Christo pater et dominus Mathias episcopus Premisliensis, devotus noster dilectus, coram nobis privilegium serenissime principis et domine, domine Marie olim Regine Ungarie exhibuit, in quo plenius continetur, quod, cum eadem Regina pie recordacionis dedisset et donasset . . episcopo et ecclesie Premisliensi donacione perpetua villas et possessiones infrascriptas Rowne, Cyrgow, Brzozoue, Domaradz et Radympna [1]) ipsas

[1]) Porównaj AGZ. VII. nr. XV.

et ipsarum homines et incolas quoslibet exemit, liberavit et absolvit ab omni iurisdiccione, potestate et iudicio omnium capitaneorum, palatinorum, iudicum, subiudicum ceterorumque officialium, quocunque nomine censeantur, quocirca vobis et cuilibet ex vobis presentibus precipimus et mandamus, quatenus ammodo et peramplius homines et incolas dictarum villarum et possessionum, ad iurisdiccionem et potestatem . . episcopi et ecclesie Premisliensis pertinentes, iudicare aut ad vestram presenciam citare ad instanciam alicuius minime presumatis, sed per . . episcopum Premisliensem aut ipsius . . iudices de ipsius . . hominibus querulantibus fiat et fieri debet iusticia expedita. Aliud non facturi, prout indignacionem nostri culminis cupitis evitare. Datum in Dobrestani [1]) in vigilia sancti Viti anno domini millesimo CCC° LXXXXV°, nostro sub sigillo.

Or. perg. (A. 10). Pieczęć wraz z paskiem, na którym wisiała, oderwana.

XXVI.

W Rzymie 8. Czerwca 1397 r.

Bonifacy IX. papież poleca biskupowi wrocławskiemu, aby zbadał i rozstrzygnął spór między Maciejem biskupem przemyskim a jego parafianami o dziesięcinę.

Bonifacius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . episcopo Wratislaviensi salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis nuper pro parte venerabilis fratris nostri Mathie episcopi Primisliensis petitio continebat, quod licet in partibus eius civitatis et diocesis Primisliensis circumvicinis de frugibus excrescentibus et animalibus depascentibus in eisdem partibus vere decime persolvantur, tamen nonnulle persone civitatis et diocesis predictarum pretextu cuiusdam privilegii clare memorie Kazimiri Regis Polonie, qui partes illas de manibus infidelium tunc eas detinentium potenter acquisivit, colonis dictarum acquisitarum partium indulti, quidam videlicet ex eis loco decime pro uno manso arabili et fructifero duodecim, alii vero octo et certi alii sex et quamplures alii quatuor grossos Polonicales, de quibus quidem grossis quatuor non constituunt vigesimam partem vere decime, duntaxat persolvunt nec ultra solvere curant in eiusdem episcopi et ecclesie sue Primisliensis non modicum detrimentum. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat a nonnullis asseratur, quod prefatus Rex tale privilegium concedendi non habuerit potesta-

[1]) Dobrostany wieś w powiecie gródeckim.

tem, pro parte dicti episcopi nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi super hoc providere de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si vocatis, qui fuerint vocandi, premissa sumarie, simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii reppereris veritate fulciri, colonos et incolas civitatis et diocesis predictarum ad solvendum veras decimas secundum antiqua tempora et prout in eisdem circumvicinis partibus solvitur auctoritate nostra previa ratione compellas, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstante, si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Rome apud Sanctum Petrum VI. Idus Iunii, pontificatus nostri anno octavo.

Or. perg. (I. 12). Na wewnętrznej stronie w prawym rogu u góry znajduje się litera *B*†; na zewnętrznej zaś w środku *R. Falkenberg*; na wewnętrznej stronie poniżej dokumentu po lewej ręce *T. Fabri* a podtem *Ja de Bononia*; na zagiętce po prawej ręce: *Marcus*. Na sznurku konopianym zawieszona bulla olowiana Bonifacego IX. papieża.

XXVII.

W Przemyślu 13. Lutego 1398 r.

Maciej biskup przemyski zmienia dekret poprzednika swego biskupa Eryka co do wspólnego stołu i mieszkania kanoników.

Mathias Dei gracia episcopus Premisliensis. Cum novis causis supervenientibus ordinationes etiam alias pro tempore rite et rationabiliter facte rationabilius immutentur, unde omnibus tam presentibus quam futuris, ad quos presentes litere nostre pervenerint, notificamus et notum esse volumus evidenter, quod cum venerabilis in Christo pater dominus Ericus Premisliensis episcopus clare memorie noster immediatus antecessor locum Premisliensis civitatis et cathedre sue non solum vocabulo sed et re volens esse insignem, quam plures laudabiles viros vita, moribus et scientia probatos de diversis mundi partibus convocasset et in canonicos et fratres suos creasset, recepisset et ex quam plurimis elegisset, introducens eosdem in civitatem et tandem in ecclesiam Premisliensem cum magna solempnitate, presentibus terrigenis ac civibus utriusque sexus districtus et civitatis Premisliensis, dans eisdem viris discretis et honorabilibus et eorum cuilibet iura canonicatus, adhibitis cerimoniis consuetis in ecclesia sepedicta assignansque ipsis decimas in certis districtibus pro eorum usu tollendas et perpetuis temporibus cum novalibus excrescentibus

inibi colligendas et sublevandas, et unam villam Pnekolt quondam cuiusdam Petrasii nobilis, quatuor miliaribus a Premislia distantem, de quibus donationibus in literis institutionis eiusdem patris venerabilis et caritativi mentio plena continetur. Inter alia statuta primeva et ordinationes pro augmento divini cultus facta et pro illo tempore satis rationabiliter factas statuit et ordinavit, ut omnes prelati et canonici ecclesie Premisliensis in domo sua ex opposito ecclesie cathedralis suis sumptibus constructa simul habitarent et viverent communiter de temporalibus eisdem assignatis in una mensa communi et de una coquina, eligentes ex se singulis annis in festo sancti Remigii unum prepositum seu generalem procuratorem, qui anno sequenti ipsis de cibis et potibus collectis, decimis, censibus et aliis obventionibus sollerter provideret. Nos vero considerantes, hanc ordinationem ex cursu temporis quamvis bono zelo conceptum ex diversis causis non posse subsistere ad profectum et nostre ecclesie utilitatem nec proficere capitulo nostro, nec singularibus personis de capitulo, sed multa dispendia, dissensiones et incommoda de die in diem oriri ex eadem, plena et matura deliberatione habita, de consilio et consensu fratrum nostrorum, tunc capitulariter congregatorum, videlicet Nicolai Wygandi decani, Iohannis Wolmari cantoris, Nicolai de Pilsna, Iohannis Cristini, Iohannis Capelle, Petri rectoris ecclesie in Lubaczow, Iohannis rectoris ecclesie parochialis in Premislia canonicorum nostre Premisliensis ecclesie predictam ordinationem domini Erici episcopi antecessoris nostri immediati, dumtaxat quo ad communem vitam, mutuam cohabitationem et communem prepositi vel procuratoris electionem revocavimus, irritavimus et cassavimus et presentibus nostris literis revocamus, irritamus et cassamus, ipsam quo ad illa puncta omnino tollentes. Quamobrem de nostris pecuniis areas seu fundos et aliqua edificia iam constructa emimus et comparavimus in circuitu nostre ecclesie cathedralis, volentes usque ad meliorem dispositionem et fructuum ecclesie crescentiam, ut bini, et bini excepto decano, simul edificent et habitent et se mutuo iuvent et fraternis favoribus se invicem prosequantur in spiritualibus et temporalibus in pacis pulchritudine et quiete, quatinus antecedente sublato tollatur tandem et communes videlicet dissensiones rixe et invidie, que in communi vita et cohabitatione frequenter exorte mala plurima ex se dirivare consueverint. Areas quoque fundos et possessiones et obventiones omnes et singulas divisimus et presentibus dividimus in hunc modum: Nycolao Wygandi Decano nostro et suis legitimis omnibus successoribus montem in latere ecclesie sancti Petri versus meridiem a cimiterio eiusdem ecclesie inclusa piscina usque sursum ad ecclesiam Ruthenicam cum consensu Iohannis tunc rectoris parochialis ecclesie in Premislia assignavimus et exnunc assignamus et deputamus pro structura. Iohanni Wolmari cantori cum domino Nicolao de Pilsna canonico aream acialem ex opposito domus plebani et campanilis dedimus, assignavimus et modo damus eisdem et assignamus. Iohanni Capelle cum socio canonicis fundum acialem ex opposito Vmpneri civis Premisliensis,

emptum a pistore Schindlero, tradimus. Aream vicinam plebani Premisliensis domino Iohanni Cristini et domino Petro de Lubaczow et successoribus omnium precedentium perpetuis temporibus dedimus et assignavimus et nunc damus et assignamus et ad edificandum et ad construendum eis edificia secundum libitum et placitum eorundem. Hoc adiecto, quod successor volens inhabitare domum constructam sumptibus predecessoris ante omnia satisfaciat predecessori immediato construenti vel capitulo, si construens id optavit in beneficii sui permutacione, renunciatione, cessione absoluta vel in morte. De possessionibus vero capituli tunc habitis Nycolao Wygandi decano et Iohanni Wolmari cantori et eorum successoribus villam Pnekolt; Nicolao de Pilsna et Iohanni Capelle allodium Peculicz[1]), Iohanni Cristini et Petro de Lubaczow canonicis villam Byszcowycz[2]) cum omnibus iuribus et pertinentiis, molendinis, piscinis, pascuis, silvis et nemoribus assignavimus et deputavimus, assignamus et deputamus et eorum successoribus legitime intrantibus perpetuis temporibus gubernandas, regendas et fructus inde percipiendos et meliorandas secundum discretionem et sagacitatem presentium et successorum. Cura distributionis vero pecuniarum collectarum de decimis, novalibus, possessionibus et aliis obventionibus unus ferto, quorum quatuor valent marcam Polonicalem, per deputatum vel deputatos ad hoc a capitulo omni sabbato post vesperas et ante horam cene cuilibet prelato et canonico distribuatur et hec distributio tantum fiat pro presentibus corporaliter, vel iuris fictione. In qua quidem distribntione Nicolao Wygandi decano nostro primo quo ad presentiam et personalem residentiam et sue persone dumtaxat non dignitati fecimus et ex nunc facimus cum consensu capituli nostri ex certis et rationabilibus causis prerogativam et gratiam specialem, quatinus idem Nicolaus decanus etiam in absentia fertonem predictum, fructus et obventiones ville Pnekolt pro parte ipsum concernente possit integraliter percipere et per procuratorem suum ad hoc constitutum facere sublevari, volentes alios post istos supra expressos receptos in canonicos propter defectum possessionum et fructuum et novitatem ecclesie nostre in distribucionibus pecuniarum et ipsis personaliter et presencialiter ecclesie deservientibus tantum fore contentos nisi ecclesia nostra in novis possessionibus Deo disponente amplius reciperet incrementum. Hoc quoque adicimus, quod ordinatio alia contra hanc sine episcopo et consensu maioris partis capituli facta non valeat, sed de facto sit nulla, irrita et inanis ceteris omnibus a reverendo in Christo patre domino Erico episcopo antecessore nostro immediato in ipsa fundatione ordinata et statuta intactis manentibus et inviolabiliter observatis. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum cum sigillo maiori nostri capituli presentibus sunt appensa. Datum et actum

---

[1]) Pikulice wieś w niżankowickim powiecie.

[2]) Buszkowiczki wieś w powiecie przemyskim, do kapituły przemyskiej należąca.

Premislie in domo habitationis nostre anno domini M° CCC° nonagesimo octavo die XIII^a^ mensis Februarii.

Or. perg. (A. 14). Po pieczęciach pozostały tylko paski, na których były zawieszone. Na odwrotnej stronie *Registratum*; *Revocatio habitationis et mense communis.*

XXVIII.

W Jarosławiu 27. Września 1398 r.

Piotr, biskup krakowski, protonotaryusz i komisarz papieski, poleca Janowi ze Lwowa i Janowi z Prandoczyna, parochom i kanonikom przemyskim, wykonanie wyroku jego orzekającego odgraniczenie biskupstwa przemyskiego od halickiego.

Petrus Dei gratia episcopus Cracouiensis necnon sacrosancte Romane ecclesie prothonotarius, commissarius ad infra scripta a sede apostolica specialiter deputatus honorabilibus viris Iohanni de Lemburga et Iohanni de Prandoczin, ecclesiarum parochialium rectoribus et canonicis Premisliensibus, ac aliis omnibus et singulis clericis curatis et non curatis, notariis et thabellionibus publicis per civitatem et diocesim Premisliensem et alias ubilibet constitutis, qui presentibus requirentur et quos infrascriptum tangit negocium seu tangere poterit quomodolibet in futurum, salutem in domino sempiternam et nostris imoverius apostolicis mandatis firmiter obedire. Literas sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii superna providencia pape noni eius vera bulla plumbea in cordula canapis dependente more Romane curie bullatas, non rasas, non cancellatas, non viciatas, nec suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, sanas, salvas et integras, nobis dudum per honorabilem virum Nicolaum Petri de Pilsna procuratorem reverendi in Christo patris et domini domini Mathie episcopi Premisliensis et pro parte ipsius presentatas, nos cum ea, qua decuit, reverencia recepisse noveritis in hec verba:

Tutaj następuje mandat papieża Bonifacego IX. do Piotra biskupa krakowskiego z dnia 8. Czerwca 1397 r. oddrukowany w VII. tomie AGZ. pod nr. XX. str. 38. Potem brzmi wyrok dalej:

Quarum quidem apostolicarum commissionis virtute literarum nobis, ut premittitur, directarum ad instantiam eiusdem domini Mathie episcopi Premisliensis et contra reverendum in Christo patrem dominum Iacobum archiepiscopum Haliciensem primo per nos, demum per honorabiles Nicolaum decretorum doctorem et Petrum Strelicz canonicos nostros Cracouienses predictarum consensu partium subdelegatos in causa huiusmodi spe-

cialiter per nos datos, et tandem in nostra persona propria ex remissione cause dictorum subdelegatorum propriis iuribus procedentes, servatis servandis, que nobis in dicta apostolica commissione mandabantur summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicialibus, per nobiles terrigenas diocesum predictarum evidencius informati, sententiam limitacionis dictarum diocesum pertulimus tenorem, qui sequitur, continentem:

Tutaj następuje wyrok Piotra biskupa krakowskiego dosłownie oddrukowany w VII tomie AGZ. pod nr. XXI. na str. 40 od *Christi nomine invocato* do str. 41 *concordie mutuo complanantes.*

Post cuiusquidem sentencie limitationis promulgationem fuimus pro parte prefati domini Mathie episcopi Premisliensis cum instancia debita requisiti, ut eam execucioni debite dignaremur graciosius demandare. Nos itaque attendentes, quod iusta petentibus assensus non debeat denegari, presertim cum frustra esset leges condere, nisi sint qui easdem tuerentur, et sentencias a simili proferre diffinitivas, si non per iudices, per quos feruntur, execucioni debite mandarentur, ideoque volentes huiusmodi nostram sentenciam limitacionis diffinitivam, per nos, ut premittitur, prolatam, execucioni debite demandare, vobis omnibus et singulis et cuilibet vestrum sancte obediencie in virtute et sub excomunicationis pena quam in vos et vestrum quemlibet, nisi feceritis, quod precipimus, trium dierum trina canonica monicione premissa, quorum unum pro primo, unum pro secundo et residuum diem tercium pro tercio et peremptorio termino vobis universis et cuilibet vestrum prefigimus predicta apostolica auctoritate districcius iniungentes, quatinus mox, visis presentibus et postquam pro parte prefati domini Mathie episcopi Premisliensis fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus, ad oppida, castra, villas, hereditates et possessiones predictas terminis et limitibus dicte nostre sentencie diffinitive in genere vel in specie inclusas cum eodem domino Mathia episcopo Premisliensi personaliter descendentes ipsum seu eius, quem direxerit suo nomine, procuratorem in possessionem predictorum omnium limitibus, nostre sentencie inclusorum nostra ymmo verius apostolica auctoritate, qua fungimur, inducatis seu alter vestrum inducat corporalem et realem; monentes insuper dictorum districtuum clericos curatos et non curatos et alios, sexus utriusque fideles, quibuscunque nominibus censeantur, quacumque etiam prefulgeant dignitate, nominibus eorum propriis expressis, si exprimi et personaliter apprehendi poterint, alioquin in ecclesiis eorum parochialibus memoratis publice proponentes salubriter inducatis, quos et nos primo, secundo et tercio peremptorio tenore presencium requirimus et monemus auctoritate apostolica prenotata, ut infra duodecim dierum spacium a die monicionis sibi per vos fiende immediate sequencium, quorum quatuor pro primo, quatuor pro secundo et residuum tempus pro tercio, trina canonica monicione premissa, et peremtorio termino eisdem prefigimus, assignantes prefato domino Mathie episcopo Premisliensi et suis suc-

cessoribus tanquam ipsorum veris et legitimis episcopis secundum regimen spiritualium in omnibus obediant licitis et honestis de fructibus, redditibus, proventibus, decimis tam manipularibus quam pecunialibus, censibus, iuribus et obvencionibus universis, secundum quod prefato domino . . archiepiscopo Haliciensi tempore, quo eos de facto in spiritualibus rexit et secundum ipsorum consuetudinem duntaxat laudabilem dictorum districtuum legitime et prescriptam et alias prout de iure tenentur et obligantur integraliter respondentes, moneatis nichilominus prefatum dominum Iacobum Archiepiscopum Haliciensem et alios, qui sua putaverint interesse [1]) communiter et divisim et sibi nostra ymmo verius apostolica auctoritate inhibeatis, ne de cetero in regimine spiritualium tam que sunt ordinis, quam que sunt iurisdictionis gubernandi dictos incolas districtuum predictorum insitando (*sic*) corrigendo, ordinando, benedicendo, loca et basilicas, ecclesias, oratoria, altaria, ornatas, vasa ecclesiastica consecrando et quevis alia ad dignitatem pontificalem pertinentia exercendo, se ingerat quovismodo, sed prefatum dominum Mathiam episcopum et suos successores Premislienses in premissis omnibus punctis, articulis et clausulis iuxta nostre diffinitive sentencie predicte seriem et tenorem gaudere permittat nullasque eidem episcopo Premisliensi insidias, circumvenciones per se vel submissas personas, directe vel indirecte, publice vel occulte, aliquatenus apponat, alias si secus fecerint, nos dictos clericos curatos et non curatos et universos sexus utriusque fideles districtuum predictorum, exnunc prout extunc, qui rebelles inventi fuerint in premissis, Dei nomine invocato excommunicationis in hys scriptis apostolica auctoritate prenotata prefato vero domino . . archiepiscopo, quem ob reverentiam sue pontificalis dignitatis nostris excommunicationum sententiis ymmo verius apostolicis sicud (*sic*) ceteros supradictos nolumus sic ligare, si contra premissa aut premissorum aliquod venerit et nostre diffinicioni predicte in toto vel in parte, in quam consensit et de qua contentus stetit, se opposuerit prefatumque dominum Mathiam episcopum aut suos successores in aliquo premissorum impedierit seu temere attemptare contra premissorum aliquod presumpserit per se vel personas submissas, impedientibus quoque dictum dominum Mathiam episcopum et suos successores consilium dederit, auxilium vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, Nos ipsi domino . . archiepiscopo, trina canonica monicione [2]) sex dierum premissa, ingressum ecclesie interdicimus in hys scriptis, et si dictam interdicti sentenciam infra alios sex dies prefatos sex immediate sequentes sustinuerit, Nos ipsum dominum archiepiscopum una cum omnibus prenotatis, exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, Dei nomine invocato auctoritate apostolica predicta ex-

---

[1]) Potem napisane tą samą ręką „*quatinus*“ ale podpunktowane na znak, że ma być zniszczone.

[2]) Po *monicione* stoi „*premissa*“ podpunktowane.

comunicamus in hys scriptis, quem et quos taliter excomunicatum et excomunicatos in ecclesiis predictis denuncciare auctis singulis diebus dominicis et festivis tamdiu, quousque a nobis aliud receperitis in mandatis. Quidquid autem in premissis feceritis seu alter vestrum fecerit, nobis per vestras patentes literas aut instrumenta publica, harum seriem seu designationem in se continentem seu continentes, intimare celerius procuretis. In cuius rei testimonium presentes nostre executorie diffinitive sentencie literas seu presens publicum instrumentum exinde per . . notarios publicos infrascriptos nostrosque et facti huiusmodi coram nobis tunc scribas, scribi et publicari mandavimus et nostri appensione sigilli communiri. Actum et datum in Iaroslaw dioecesis Premisliensis vicesima septima die mensis Septembris anno millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, indiccione sexta, hora nonarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii digna Dei providencia pape noni anno nono, presentibus ibidem honorabilibus et nobilibus viris dominis Iohanne de Tharnow Decano, Nicolao de Lapanow Canonico Craconiensibus, Iohanne Rutheni Canonico Premisliensi, Petro Plebano in Iaroslaw et aliis quam pluribis fide dignis.

S. N.

Et ego Iohannes olim Boguslai de Padwa clericus Cracouiensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius necnon reverendi in Christo patris et domini domini Petri gratia Dei episcopi Cracouiensis, sacrosancte Romane ecclesie prothonotarii et commissarii apostolici memorati ac facti huiusmodi coram eo scriba, quia predicte executorie diffinitive limitationis diocesum sentencie et omnium in ea contentorum peticioni et decreto unacum prenominatis testibus et circumspecto magistro Laurentio Petri de Wolania clerico Wratislauiensis diocesis, publico auctoritate imperiali notario meoque et negocii huiusmodi coram dicto domino episcopo Cracouiensi, prothonotario sancte Romane ecclesie et commissario sedis apostolice prelibato conscriba infrascripto, presens interfui eaque omnia et singula sic, ut premittitur, fieri vidi et audivi ideoque presentis executorie literas seu presens publicum instrumentum exinde per dictum magistrum Laurencium Petri de Wolania et de eius manu fideliter scriptas me manu subscribens propria in hanc publicam formam redegi signoque nomine meis solitis et consuetis unacum appensione sigilli domini . . episcopi Cracouiensis comissarii prenotati et de mandato ipsius singulari ad hoc michi dato signavi in testimonium premissorum.

S. N.

Et ego Laurentius quondam Petri de Wolauia clericus Wratislauiensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius necnon reverendi in Christo patris et domini Petri Dei gratia episcopi Cracouiensis, sacrosancte Romane ecclesie prothonotarii, comissarii apostolici memorati et negocii huiusmodi coram eo scriba, quia predicte executorie diffinitive limitationis diocesum sententie et omnium in ea contentorum peticioni et decreto una cum testibus et circumspecto magistro Iohanne Boguslai de Padwa clerico Cracouiensis diocesis publico apostolica et imperiali auctoritatibus notario prenotatis prefati domini . . episcopi Cracouiensis comissarii apostolici prenotati meoque et facti huiusmodi conscriba, presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi ideoque manu propria presentem executoriam conscribens, in hanc publicam formam redegi signoque nomine meis solitis et sigillo dicti domini . . episcopi comissarii signavi requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

Or. perg. (A. 13). Pieczęci i pasków brak.

XXIX.

W Przemyślu 1398 r.

Rajcy przemyscy obowiązują się wypłacać Janowi plebanowi i jego następcom 15 szkotów rocznie w dniu św. Piotra i Pawła i tyleż w dniu katedry św. Piotra za odstąpioną im wagę.

In nomine Domini Amen. Omnia, que fiunt in tempore, simul labuntur cum tempore, hinc est, quot (*sic*) nos consules Premislienses memorie commendamus universis tam presentibus, quam futuris, ad quos presens expedit, quot per nostras assiduas et multiplices supplicaciones et peticiones honorabilem virum dominum Iohannem, plebanum nostrum [1]), quas benigne exaudicionis (*sic*) suscepit, pensam nobis pro usufructibus et co-

[1]) Wadliwa konstrukcya; właściwie nazwisko plebana i jego tytuły powinny stać w przypadku pierwszym a nie w czwartym.

munitate civitatis temporibus perpetuis contulit et donavit, quam ex antiquo tempore in sua possessione utifruit (*sic*) et possedit, nexu et condicione tali, quot consules, qui tunc temporis et nunc fuerint, singulis annis suprascripto domino Iohanni plebano et suis sequacibus quinque fertones Polonicalis pagamenti solvere sint astricti, videlicet in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli quindecim scotos et in festo Cathedre sancti Petri quindecim scotos nulla tenus obmittendo. In cuius rei testimonium ad evidenciam pleniorem presentem paginam sigillo civitatis nostre iussimus roborari. Datum et actum Premislia (*sic*) sub anno domini millesimo C°C°C°XC°VIII°, presentibus quam plurimis fidedignis.

Or. perg. (A. 11). Po pieczęci pozostal tylko pasek pergaminowy, na którym była zawieszona. Pismo tego dokumentu podobne więcej do książkowego aniżeli do pisma w dokumentach wówczas używanego. Na odwrotnej stronie kilka późniejszych napisów, z pierwszego z nich wynika, że przywilej ten był oblatowany w aktach ziemskich przemyskich *feria tertia post festum St. Lucae evangelistae* (23. Października) *1663.*

Drugi napis brzmi: *Et aliud privilegium in archivo V. capituli Premisliensis: (Quod incipit) Mathias episcopus Premisliensis, in quo multe dispositiones exstant fundorum eclesiasticorum in maiori et laciori pergameno eiusdem privilegii est oblata in castro Premisliensi in anno 1578 circiter vide.*

Napis trzeci: *In terminis terrestribus Premisliensibus post Agnetis 1601 inductum est* ..... reszta nieczytelna.

XXX.

W Przemyślu 2. Lipca 1402 r.

Maciej biskup przemyski poświadcza, iż Mikolaj syn Wiganda dziekan i Jan syn Wolmara kantor kapituły przemyskiej sprzedali sołtystwo we wsi Pnikut Maciejowi synowi krawca z Kazimierza.

In nomine domini amen. Mathias Dei gratia episcopus Premisliensis ad perpetuam rei memoriam. Significamus tenore presentium, quibus expedit universis presentibus et futuris, quod venerabiles viri domini Nicolaus Wygandi, decretorum doctor, decanus, et Iohannes Volmari, cantor ecclesie Premisliensis, de nostro ac capituli nostri consensu, super hoc prehabita deliberatione matura, rite et rationabiliter scultetiam in villa dicta Pnekolt ad prebendas eorundem decani et cantoris pertinentem circumspecto viro Mathie Sartoris de Kazimiria et suis legitimis successoribus pro quadraginta marcis latorum grossorum monete Pragensis numeri Polonicalis et pro septuaginta duabus monete maioris tunc per

regnum Polonie decurrentis eiusdemque numeri Polonicalis, scilicet quadraginta et octo grossos pro una marca computando, omni iure hereditario vendiderunt ac iusto vendicionis tytulo resignaverunt, contulerunt et assignaverunt per ipsum Mathiam et suos legitimos successores habendam, tenendam, utifruendam ac iure hereditario perpetue possidendam, vendendam, donandam, commutandam, alienandam ac in usus quosvis pro voluntatis ipsius et suorum legitimorum successorum libito quomodolibet libere convertendam. Dantes et concedentes eidem sculteto et suis posteris plenam et omnimodam ibidem in Pnekolt potestatem in et sub iure Theuthunico, quod Meydeburgense dicitur, locandi, faciendi et mansos, quanto plures infra granicies ville prefate fieri poterint, extirpandi et extirpatos colendi. De quibusquidem mansis iam extirpatis vel extirpandis quatuor mansi debent esse liberi et soluti, unus ad rectorem ecclesie extirpatus, duo ad ipsum scultetum extirpati vel extirpandi et unus pro grege ipsius ville expellendo, qui Skotnicza vulgariter dicitur, libere pertinebunt. Dant et conferunt predicto sculteto et suis legitimis successoribus unum maccellum carnium, scampnum seu bancum sutorum, pistorum, sartorum, fabricam et thabernam in dicta villa construendi et locandi, tres piscinas cum duobus molendinis, que idem scultetus facere, reformare et meliorare poterit absque preindicio cmethonum in eadem villa Pnecolt residentium. Kmethonibus eiusdem ville liberum sit et esse debet piscari cum hamis et gulgustris, vulgariter wyrszani nuncupatis, in aquis fluentibus et sumitatibus earundem piscinarum, dictis vulgariter Wyrzchowysca, pratum de octo iugeribus liberum, aucupationes et venationes liberas in parvis duntaxat animalibus et dorcis. Et ut ipsa villa ex presenti eorum vendicione felicibus valeat adaugeri incrementis pro ipsius ville locatione septem annorum in agris incultis extirpatis, in mericis vero extirpandis duodecim concedunt libertatem, quibus tamen elapsis quilibet cmetho ville predicte de suo manso singulis annis in festo sancti Martini unam marcam, duos truncos avene, duos caseos, duos pullos et duodecim ova prefatis dominis et eorum successoribus perpetuis temporibus solvere tenebuntur. De quibus omnibus et singulis scultetus sextam recipiendi partem plenam et omnimodam habeat facultatem; ceterum kmethones duo prandia, scultetus vero tercium prandium aut octo grossos pro quolibet prandio similiter predictis dominis et eorum successoribus perpetue annis singulis solvere sint astricti. De re vero indicata scultetus tercium denarium pro se reservet, ipsis vero dominis duos denarios omnimode debet dare cum effectu. De campis vero sive agris, vulgariter obirschav nuncupatis, pari modo sextum duntaxat denarium aut manipulum ipse scultetus, qui pro tempore fuerit, recipiat, impedimento quolibet procul moto, volentes etiam, quod supradicte ville kmethones non aliter quam iure Maydeburgensi iudicari debeant, ita quod ipsi kmethones et incole coram sculteto tam in parvis quam magnis causis tenebuntur respondere iuxta ritum et omnem observantiam, quem prefatum ius Maydeburgense in suis condicionibus, clausulis atque

punctis postulat et requirit, scultetus quoque coram prefatis dominis decano et cantore in omnibus articulis suis et causis, preterquam in his, pro quibus coram Regia Maiestate tenebitur respondere. Ne autem presens vendicio et alie dispositiones eorundem presentibus inserte valeant per quempiam in suis effectibus irritari, sigilla nostrum et nostri capituli presentibus sunt appensa. Actum et datum in Premislia ipso die Visitationis Sancte Marie anno domini millesimo quadringentesimo secundo, presentibus honorabilibus viris dominis Iohanne Cristino Canonico Premisliensi et Nicolao Zyrawicz, Henrico Howsteter Advocato Premisliensi, Nicolao Zakowicz Cive ibidem et aliis quam pluribus fide dignis ad premissa vocatis et rogatis.

Or. perg. (A. 15). Dwie pieczęci wraz ze sznurkami zaginęły.

XXXI.

W Przemyślu 8. Września 1402 r.

Maciej biskup przemyski zapisuje dziesięcinę ze wsi Michalówki dla kaplicy na zamku kamienieckim.

(I)n nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature comoda nichil dignius memoria habeatur, oportunum existit, ut actus hominum literarum apicibus et testium annotacione perhennentur, ne lapsu temporis evanescant, proinde nos Mathias Dei gracia episcopus Premisliensis significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo pie devocionis affectu ad animum reducentes neccessarium fore et summe oportunum in laudem Dei omnipotentis et pro augmento fidei catholice fidei (*sic*) ecclesias et capellas erigere et fundare et in eis ministros vite celebris in partem solicitudinis nostre statuere et locare, ipsis de proventibus quantum fulcatas (*sic*) nostra suppetit providendo, unde ad capellam in castro Camenecz [1]) in territorio Sanocensi sito nostre diocesis, ad peticiones validi domini Clementis de Moszczorzow regni Polonie vicecancellarii in honorem Annunciacionis sancte Marie Virginis gloriose ac decem milium militum beatorum martirum dedicatam, erectam et fundatam, decimam de villa Michalowka [2]), in riwulo Wissoka dicto de prope castrum Camenecz sita, que de novo est locata pro sustentacione ministri seu capellani in

[1]) Kamieniec, dawniej Eremberg, znany dzisiaj pod nazwą Odrzykonia.

[2]) Michałówka dzisiaj przysiołek do wsi Wysokiej w powiecie frysztackim.

eadem capella statuendi et ibidem ministrantis de voluntate et consensu nostri capituli Premisliensis adiungimus, apropriamus, incorporamus et annectimus perpetuis temporibus affuturis per capellanos et ministros eiusdem capelle tenendum, habendum, utifruendum et perpetuis temporibus possidendum. Harum quibus sigilla nostrum et nostri capituli sunt appensa. Actum in Premislia feria sexta ipso die Nativitatis sancte Marie Virginis gloriose anno domini millesimo quadringentesimo secundo, presentibus venerabilibus doctoribus magistro Iohanne Sczekna sancte theologie et Iohanne de Luben decretorum, venerabilibusque viris Nicolao Canonico Cracouiensi, Cancellario Cuyauie, Cristino sancti Sthephani in Cracouia, Iohanne in Proschouice et Schibano (*sic*) in Kowale ecclesiarum rectoribus multisque aliis providis viris et discretis.

Or. perg. (A. 43). Na zielono niebieskich sznurkach wiszą dwie pieczęci: jedna biskupia z czerwonego, druga z ciemno-zielonego wosku z napisem dokoła: „*Sigillum maius capituli ecclesie primisliensis*“, przedstawiająca Najśw. Pannę Maryą siedzącą z dzieciątkiem Jezus i w lewej ręce lilie trzymającą, przed nią zaś postać stojącej świętej. Biskupia zaś pieczęć tak znacznie zniszczona, że napis w otoku zupełnie wykruszony, w środku zaś Panna Marya w koronie z dzieciątkiem Jezus, stojąca w oknie gotyckiego stylu. Pod nią zaś tarcza, zdaje się z herbem, lecz tak zatarta, że już znamion rozpoznać nie można.

XXXII.

W Medyce 14. Października 1403 r.

Władysław Jagiełło uwalnia katedrę przemyską od opłaty podymnego i innych danin ze wsi Radymna, Równego, Cergowy, Brzozowa i Domaradza.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie etc. significamus presentibus, quibus expedit universis, presentibus et futuris, quod cupientes ecclesiam cathedralem Premisliensem, nondiu erectam, specialibus et prerogativis graciis prosequi favorose, ut inde crescat nostra salus et salutis nostre coram creatore omnium merita cumulentur, villas eidem ecclesie Premisliensi datas et donatas in ampliacionem cultus divini videlicet Radimpna, Rowne, Czirgow, Brzozow, Domaradz liberamus, prout eciam a nostris predecessoribus sunt liberate, exempte et solute, ab omnibus oneribus et exaccionibus nostris regalibus, quibuscunque nominibus vocitentur, presentibus et futuris, quas unquam exigente necessitate aliqua nos statuere, exigere et recipere contigerit a nostris et a terrigenarum villis in terra nostra Russie ubilibet constitutis et a solucionibus pecuniarum fumalium, que in prenominatis villis ecclesie Premisliensis poterint quomodolibet provenire; inhibentes nostris exactoribus,

ne de eisdem villis pecunias fumales aut aliam quamlibet exaccionem presumant de cetero exigere et repetere quovismodo. Datum in Medica ipso die beati Calixti Pape anno domini millesimo quadringentesimo tertio nostro pendenti sub sigillo.

Or. perg. (II. 2). Pieczęć wraz z paskiem, na którym wisiała, oderwana.

XXXIII.

W Niepołomicach 19. Listopada 1405 r.

Władysław Jagiello zapisuje kapitule przemyskiej rocznych dwadzieścia grzywien z dochodów miasta Przemyśla.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Sane tunc divine retribucionis meritum et temporalis prosperitatis augmentum consequi infallibiliter non ambigimus, dum personis ecclesiasticis ad laudem et obsequium Dei deputatis munificencie nostre dexteram liberaliter impartimur, ut ipsi cultui divino liberius vacare poterint et creatoris nostri clemenciam pro nobis et nostris predecessoribus supliciter exorare, proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, Lythvanieque princeps suppremus et heres Russie etc. significamus, quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo cupientes diem extremi iudicii pietatis operibus prevenire zelo devocionis accensi venerabilibus prelatis et canonicis cathedralis ecclesie Premisliensis, qui modo sunt et qui pro tempore fuerint, viginti marcas Polonicalis numeri consueti, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, in censibus civitatis nostre Premisliensis damus, donamus et largimur perpetuis temporibus affuturis, per ipsos in eisdem censibus nostris Premisliensibus in festo beati Martini annis singulis assumendas. Quocirca vobis capitaneis Russie et woyewodis ac consulibus Premisliensibus, qui pro tempore fueritis, damus nostris firmis regalibus in mandatis omnino habere volentes, quatenus predictis prelatis et canonicis ecclesie cathedralis Premisliensis eiusdem prefatas viginti marcas racione census annui de censibus nostris Premisliensis civitatis huiusmodi in quolibet festo sancti Martini annis singulis dare et solvere debeatis temporibus perpetuis, ut prefertur. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Nepolomicze feria quinta ipso die beate Elizabeth anno domini millesimo quadringentesimo quinto, presentibus hys venerabili domino Nicolao sancte Gneznensis ecclesie Archiepiscopo, reverendisque in Christo patribus Petro Craconiensi et Alberto Iastrzambecz Poznaniensi Episcopis ac validis strenuisque militibus Iohanne de Tarnow Craconiensi, Iohanne Liganza Lanciciensi, Petro Kmite San-

domiriensi et Iacobo de Koneczpole Syradiensi Pallatinis aliisque multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis domini Nicolai Prepositi Sancti Floriani Regni Polonie Vicecancellarii devoti nobis sincere dilecti.

Relacio domini Clementis Castellani Visliciensis.

Or. perg. (A. 16). Pieczęć wraz ze sznurkiem zaginęła.

XXXIV.

W Przemyślu 2. Sierpnia 1406 r.

Maciej biskup przemyski oddaje kapitule dziesięciny biskupie z Przemyśla, Żyrawicy, Ostrowa, Kussinic, Wyszatycz i Witowic w zamian za posiadłość Hanczkona, którą mu kapituła odstąpiła.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Mathias Dei gratia episcopus Premisliensis significamus universis, quibus expedit, tam presentibus quam futuris presentium noticiam habituris, quod cum . . honorabiles viri capitulum ecclesie Premisliensis nostre ex certis et rationabilibus causis ipsos ad hoc moventibus, comunicato inter se diligenti consilio maturaque deliberatione prehabita, de pari consensu et unanimi voluntate ipsorum dederunt, donaverunt, et libere incorporaverunt nobis et successoribus nostris temporibus perpetuis alodium ipsorum prope Premisliam situm, pro ducentis marcis grossorum Pragensium taxatum, quod alodium a Haneczkone, cive Premisliensi felicis memorie, predicti domini pro certa pecunie summa emerant, prout in litteris donacionis predictorum dominorum super hoc confectis plenius continetur, nos vero pretextu donationis ipsorum predicte, cupientes ipsis, quo ad bona temporalia uberius respondere, dedimus, donavimus et incorporavimus, presentibusque damus, donamus et graciose incorporamus ipsis et ipsorum successoribus temporibus perpetuis, omnes et singulas decimas, que ad episcopalem mensam nostram spectabant et pertinebant, que nunc solvuntur et solventur in futurum, christifidelium numero in partibus Russie aucto, post omnes et singulos agros cultos et excollendos in futurum colonorum, agricultorum et decimatorum civitatis Premisliensis, nec non villarum videlicet Zyrawycza, Ostrow, Cussinyce, Wysszatycze et Wytowyce [1]) ac

[1]) Żurawica, Ostrów, Kosienice, Wyszatycze, wsie w powiecie przemyskim. Witowic nie ma w tych stronach, ma to być według Pawłowskiego (*Premislia sacra* str. 40) wieś Ujkowice w powiecie przemyskim.

decimas post omnes et singulos agros, quos nunc Rutheni et alii Scismatici colunt et occupant, in futurum per christifideles disponente domino collendos et possidendos, nec non de novalibus universis, in civitate et villis predictis provenientes et proveniendas in futurum, per prefatos dominos, capitulum Premisliense et ipsorum successores perpetuo tollendas, recipiendas, possidendas et ad usus ipsorum beneplacitos convertendas. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentis nostre donationis litteras, seu presens publicum instrumentum huiusmodi nostram donationem in se continentes seu continens, per Iacobum notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli iussimus appensione muniri. Actum et datum in Premislia in curia habitationis nostre, sub anno nativitatis Domini millesimo quadringentesimo sexto, indiccione quartadecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocencii pape VII, anno secundo, die II mensis Augusti, hora nona vel quasi, presentibus discretis et providis viris Iohanne ad sanctum Petrum in Premislia, Nicolao de Borowyce Premisliensis diocesis ecclesiarum parochialium rectoribus, Clemente et Petro Zacowycz Civibus Premisliensibus, Andrea de Welicza Cracouiensis et Martino de Rzeszow Premisliensis diocesis et aliis quamplurimis fidedignis testibus ad premissa vocatis.

S. N.

Et ego Iacobus Alberti de Proszowyce clericus Cracouiensis diocesis, publicus sacra imperiali auctoritate notarius, donacioni decimarum predictarum, aliisque omnibus et singulis premissis, dum sic, prout premittitur, agerentur et fierent unacum prenominatis testibus interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, conscripsi diligenter et in hanc formam publicam redegi, signo et nomine meis solitis et consuetis, quibus circa talia utor, unacum appensione sigilli reverendi in Christo patris et domini domini Mathie episcopi Premisliensis supradicti de mandato et certa ipsius sciencia consignavi in fidem et testimonium premissorum.

Or. perg. (A. 17). Pieczęć wraz z paskiem, na którym wisiała, oderwana.

XXXV.

W Krakowie 7. Grudnia 1407 r.

Piotr Kmita wojewoda krakowski poświadcza, jako zastawił wieś swoją Bachorzec za sto dwadzieścia grzywien Maciejowi biskupowi przemyskiemu.

Nos Petrus Kmithe (*sic*) pallatinus Cracouiensis publice recognoscimus per presentes, quibus expedit universis, nos obligasse reverendo in Christo patri domino Mathie episcopo Premisliensi et ipsius ecclesie villam nostram videlicet Bochurzecz [1]) in centum marcis scilicet mediorum grossorum et viginti latorum cum omnibus censibus, redditibus et proventibus ac iure, prout nos predictam villam tenuimus ac possedimus, per predictum dominum Mathiam episcopum Premisliensem et ipsius ecclesiam habendam, tenendam, possidendam ac eciam utifruendam pleno iure, impedimento quolibet procul moto tamdiu, donec de censibus, proventibus et redditibus in paratis pecuniis in eadem villa provenientibus easdem centum marcas in grossis mediis et viginti latis recepit, levavit integraliter et complete. Promittimus itaque sub fide et honore, quod in predicta villa Bochurzecz nullum censum in parte vel in toto levare aut recipere volumus, quousque dominus Mathias episcopus Premisliensis easdem centum et viginti marcas in predicte ville censibus levaverit et receperit cum effectu. Datum in Cracouia in crastino beati Nicolai Confessoris anno domini millesimo CCCC^{0} septimo, sigillo nostro presentibus subappenso.

Or. perg. (II. 3). Pieczęć, wraz z paskiem, na którym wisiała, oderwana.

XXXVI.

W Przemyślu 3. Lipca 1408 r.

Jan kanonik i proboszcz przemyski zapisuje w obecności notaryusza Macieja z Chomętowa dwa ogrody, nad Sanem leżące, kapitule przemyskiej.

In nomine Domini Amen. Sub anno nativitatis eiusdem millesimo CCCC^{mo} octavo, indicione secunda, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Gre-

[1]) Bachorzec wieś w powiecie dubieckim.

gorii pape XII anno secundo, tercia die mensis Iulii, hora nonarum vel quasi, in stuba minori domus habitacionis honorabilis ac discreti viri domini Iohannis, canonici necnon rectoris ecclesie parochialis in Premislia, idem dominus Iohannes, plebanus, propria et spontanea voluntate, licet egrotus corpore, sanus tamen mente, nolens intestatus decedere, imoverius cupiens pietatis operibus diem extremi iudicii prevenire ac terena in celestia et transitoria in eterna felici comercio commutare, legavit, dedit, donavit et in evum appropriavit duos ortos, ipsum videlicet ex successione paterna tangentes, in suburbio Premisliensi circa fluvium San in ripa ipsius iacentes, venerabili capitulo et canonicis Premisliensibus. Qui quidem domini canonici racione fructuum, censuum et proventuum de dictis ortis ipsis proveniencium aniversarium pro anima domini Iohannis prefati et antecessorum suorum in ecclesia kathedrali Premisliensi singulis annis peragent et solemniter celebrabunt, vigilias itaque ipso die sancti Alexii episcopi domini canonici in communi legent et in crastino missam defunctorum voce decantabunt. Pecuniam vero de dictis ortis provenientem domini canonici presentes et huiusmodi exequias et aniversarium peragentes et celebrantes inter se distribuent et cum effectu percipient, absentibus vero dominis canonicis penitus a percepcione huiusmodi pecuniarum exceptis et exclusis. Super quibus omnibus et singulis prelibatus dominus Iohannes plebanus et honorabiles viri domini Petrus decanus et Iohannes, cantor, Premislienses, testamenti ipsius domini Iohannis plebani executores, eodem tempore presentialiter constituti, a me, notario publico, sibi pecierunt confici et dari publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indicione, mensis die, hora, loco et pontificatus quibus supra, presentibus discretis viris domino Nicolao Plebano de Dubetsko et Stanislao Campanatore kathedralis et parrochialis ecclesiarum vocatis et rogatis.

S. N.

At ego Mathias Gregorii de Chomantow, clericus Cracouiensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis legacioni, dacioni, donacioni et perpetue appropriacioni aliisque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, unacum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi et in hanc formam publicam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Or. perg. (A. 18). Pieczęci nie było żadnej.

XXXVII.

W Przemyślu 29. Października 1408 r.

Władysław Jagiełło uwalnia mieszkańców osiedlających się we wsiach Pnikut, Piekulice, Biszkowice i Sośnica od wszelkich danin i ciężarów.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie etc. significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo zelo devocionis accensi considerata magne egestatis inopia ecclesie et capitulo Premisliensi ex nimia desertacione villarum, ipsis hereditarie concernentium, incumbenti, easdem villas puta: Pnekoth, Pyeculice, Bischkowice et Sosnicze [1]) in districtu Premisliensi sitas, ad ipsam ecclesiam et eius capitulum Premisliense pertinentes, ad usus reducere uberiores cupientes et eas hominum collocatione adimplere, ut ipsa ecclesia et capitulum nostris piis suffulta graciis sub nostro felici regimine orationibus liberius vaccare poterint et creatoris nostri clementiam pro nobis devocius exorare, omnibus et singulis, hominibus et cmethonibus, cuiuscumque status aut condicionis fuerint, ad easdem villas de novo venientibus et eas inhabitare volentibus ab omnibus dacionibus, contribucionibus, exactionibus, angarriis, preangarriis, laboribus, equitaturis, ducturis et quibusvis solutionibus nostris regalibus tam pecunialibus quam avenalibus, quibuscumque nominibus vocitentur, nichil penitus, nec fumalia excludendo, plenam damus et omnimodam harum serie concedimus libertatem tamdiu, quamdiu ipsum capitulum eis suam tenuerit libertatem. Vobis igitur capitaneis, woyewodis et quibusvis officialibus Premisliensibus et exactoribus eorumque vicesgerentibus pro tempore existentibus presentibus, requirendis nostris firmis damus regalibus in mandatis, habere volentes, quatinus eosdem homines et cmethones ad predictas villas Pnekoth, Pieculice, Bischkowice et Sosnicze de novo venientes et eas inhabitare volentes, ut prefertur, circa hanc, quam ipsis concessimus, inviolabiter conservare debeatis libertatem ipsosque ratione dacionum, contributionum, exaccionum et quarumvis solucionum nostrarum regalium impetere nullatenus presumatis, quamdiu capitulum eis suam, ut premittitur, tenuerit libertatem. Datum ibidem in Premisl feria secunda in crastino sanctorum Symonis et Iude apostolorum anno domini M^mo^ CCCC^mo^ octavo, nostro sigillo presentibus subappenso.

Ad relationem Nicolai regni Polonie Vicecancellarii.

Or. perg. (A. 20). Pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

[1]) Sośnica wieś w powiecie radymieńskim, inne tutaj wymienione już po kilkakrotnie zachodziły.

XXXVIII.

W Krośnie 6. Listopada 1408 r.

Zyndram z Maszkowic miecznik krakowski sprzedaje wieś Lubatowę Maciejowi biskupowi przemyskiemu za 300 grzywien.

In nomine domini amen. Sub anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo octavo, indicione tercia, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii divina providencia pape XII anno secundo VI[a] die mensis Novembris, hora vesperarum vel quasi, in stuba maiori domus habitacionis reverendi in Christo patris ac domini domini Mathie Dei gracia episcopi Premisliensis in Crossna Premisliensis dyocesis, in mei notarii publici infrascripti et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presencia, prefatus in Christo pater reverendus dominus Mathias episcopus Premisliensis et nobilis Sindramus de Maschkowicze gladifer Cracouiensis sani mente et corpore tractaverunt, forisaveruut pro villa Lubatowa [1]) in districtu Sanocensi sita et contractum empcionis pro eadem efficaciter inierunt. Predictus itaque dominus Sindramus vendidit, redimendi facultate retenta, prout plenius inferius describetur, predictam villam Lubathowa prefato domino Mathie episcopo Premisliensi et ecclesie ipsius pro tricentis marcis mediorum grossorum latorum monete in regno Polonie communiter decurrentis numeri et pagamenti Polonicalis, quadraginta videlicet grossos et octo in quamlibet marcam conputando, cum omnibus utilitatibus, fructibus, proventibus ac redditibus ad ipsam spectantibus, cum omni iure et dominio, prout ipsemet dominus Sindramus ipsam villam Lubatowa habuit et possedit. Quasquidem tricentas marcas prefatus dominus Mathias episcopus memorato domino Sindramo ad certos terminos et dies dare debet et persolvere cum effectu, primo videlicet ducentas marcas ad festum beati Nicolai confessoris continue et immediate datam presentium sequenti, residuas vero centum marcas quarta die ante festum nativitatis Christi continue et immediate datam presentium sequenti. Et si dominus Sindramus pretactam villam Lubatowa redimere voluerit, extunc tribus annis elapsis, huiusmodi emptionis contractum immediate sequentibus, debet dare et restituere simul omnes tricentas marcas mediorum grossorum latorum uno et eodem die, videlicet ipso die beati Martini confessoris, prelibato domino Mathie episcopo Premisliensi et ecclesie eius. Quod

[1]) Lubatowa wieś w powiecie rymanowskim i dzisiaj do kapituły przemyskiej należąca.

si dominus Sindramus easdem tricentas marcas taliter, ut premittitur, non exsolverit, extunc predictam (*sic*) villam Lubatowa ad ipsum dominum.. episcopum Premisliensem et ad ecclesiam ipsius perpetuis temporibus pertinere debet, contradiccione qualibet domini Sindrami et ipsius consanguineorum procul mota, et si taliter ut prefertur, fieri contingat, tunc memoria pro anima domini Sindrami et . . consortis eius ac eciam antecessorum suorum in predicta [1]) ecclesia kathedrali in althari maiori ad honorem beati Martini consecrato in missis eternis temporibus per canonicos eiusdem ecclesie celebrabitur temporibus perpetuis Demum sepefatus dominus Sindramus sexaginta mansos seu laneos in dicta villa Lubatowa emetiri et emensurare integraliter promisit, eosdem distinguendo ab aliarum vicinarum hereditatum limitibus et graniciebus, quod si, ut premittitur, facere non potuerit vel quovismodo neglexerit, extunc dampnum, quod exinde dominus Mathias episcopus Premisliensis predictus et ecclesia ipsius perceperint, in antefato domino Sindramo redundabit. Acta sunt hec anno, indicione, pontificatus, mense, die, hora et loco, quibus supra, presentibus discreto, nobilibus providisque viris dominis Nicolao Errembarg Rectore capelle sancte Crucis in Crossna, Dobeslao Scolteto de Warszicze, Thomkone de Costirovicze, Stanislao scolteto de Vyasd, Andrea de Grabownicza, Iacobo Advocato de Dukla, Mroczkone de Seczechowicze et aliis quam pluribus testibus fidedignis.

S. N.

Et ego Mathias Gregorii de Chomanthow clericus Cracouiensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, predicte empcionis contractui aliisque omnibus et singulis premissis dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula taliter, ut premittitur [2]), fieri vidi et audivi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis, quibus circa talia utor [3]), unacum appensione sigilli prefati in Christo patris domini [4]) Mathie episcopi Premisliensis consignavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Dokument ten znajduje się w arch. kap. przem. obrz. łac. w dwóch tą samą ręką pisanych pergaminowych oryginałach (sygn. A. 12 i A. 19). Różnią się one tylko drobnymi szczegółami ortograficznymi. U dokumentu A. 19, którego się głównie przy wydaniu tém trzymano, dolny brzeg jest odcięty; u dok. A. 12 brzeg ten pozostał z wcięciem, przez które przechodził pasek pergaminowy od zawieszonej pieczęci.

[1]) W drugim egzemplarzu: *in dicta*. [2]) Zamiast wyrazów *taliter ut premittitur* w drugim egzemplarzu stoi tylko *sic*. [3]) Wyrazów od *quibus* do *utor* w drugim egzemplarzu nie ma. [4]) W drugim egzemplarzu przed *domini* stoi jeszcze *reverendi*.

XXXIX.

10. Grudnia 1408 r.

Przecław z Wzdowa sprzedaje Maciejowi biskupowi przemyskiemu sołtystwo we wsi Michełsdorf.

Quoniam omnia, que fiunt in tempore, diffaciliter (*sic*) labentur, nisi testibus veridicis aut scriptis publicis fuerint perhennata, proinde nos Pzryczlaus (*sic*) heres de Wsdow significamus universis et singulis tam presentibus quam futuris, quibus aperta fuerit noticia subscriptorum, quod nos sculteciam nostram in villa Michilsdorf [1]) situatam cum molendinis, thabernis, pratis, pascuis, piscinis ac omnibus fructibus, utilitatibus, iuribus et proventibus, prout soli tenuimus, nichil nobis iuris ac dominii ac nostris legittimis heredibus in eadem reservando, reverendissimo in Cristo patre (*sic*) ac domino domino Mathie episcopo Premisliensi et suis successoribus pro alterum (*sic*) centum marcarum grossorum Cracouiensium numeri Polonicalis, in quamlibet marcam XL^ta^ grossi (*sic*) coputado (*sic*), vendimus. Quimquam (*sic*) reverendus dominus Mathias dictam summam pecunie nobis simul et semel tradidit, dedit et integre persolvit, ideo dictam sculteciam nos sibi benivole ac amicabiliter resignamus, spondentes sibi sepedictam sculteciam ab omni impedimento iuxta cursum terre digne et iuste libeare (*sic*). In cuius rei testimonium ad evidenciam pleniorem sigillum nostrum appendimus. Actum et datum feria secunda proxima post diem Concepcionis Marie Virginis gloriose sub anno domini millesimo quadringentesimo octavo, presentibus testibus Petro hereditario Advocato civitatis Crosne, consulibus ibidem Wernero, Thome de Freynstat, Thome textori, Petro Hawg, Iacobo Goril, Petro Kwnil et aliis pluribus fidedignis.

Or. perg. (II. 4). Pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

---

[1]) Tej nazwy wsi nie ma dzisiaj, jest to niezawodnie jedna z dzisiejszych wsi Michałówką zwanych, i to albo Michałówka w powiecie frysztackim (porówn. dokument nr. XXXI) albo Michałówka w powiecie radymieńskim. Za pierwszą wsią przemawia obecność wójta i rajców krośnieńskich przy układzie, wieś ta bowiem nie daleko miasteczka tego leży.

XL.

(W Krośnie) w dworcu biskupa przemyskiego 15. Lutego 1412 r.

Maciej biskup przemyski sprzedaje Piotrowi, synowi Michała niegdyś sołtysa z Równy, za 700 grzywien sołtystwo z prawem założenia nad rzeczką Lubatową wsi Lubatowy na prawie magdeburskiem.

In nomine domini Amen. Mathias dei et apostolice sedis gracia episcopus Premisliensis universis ac singulis tam presentibus quam futuris celestem benediccionem ac salus (*sic*). Quoniam ea, que fiunt in tempore simul cum tempore evanescunt, necesse est, ut scripto autentico roborentur, que in solido statu debent permanere. Hinc est, quod nos cupientes utilitates nostri episcopatus meliorare et augere, cum ex desertis locis modicam utilitatem consequi possimus et habere, ut exinde fructus et utilitas nostro episcopatui perveniat temporibus profuturis, quapropter discreto viro Petro filio Michaelis sculteti olim in Rowna vendimus sculteciam in Lubathowa pro septingentis marcis Polonicalibus, ac ipsius legitimis heredibus et successoribus in fluvio dicto Lubathowa ad locandum et perficiendum novam villam, que suo nomine dici debeat Lubathowa, iure Theutunico, quod Meydburgense dicitur, removentes omnia iura Polonicalia, que ipsum ius Theutunicum impedire et perturbare consweverunt; sexaginta mansos mensure Franconice in silvis et mericis nostris exstirpandis damus presentibus et donamus, conferentes eidem Petro suisque legitimis successoribus sculteciam ibidem perpetue habendam, tenendam, possidendam et vendendam cum pertinenciis et iuribus infrascriptis, videlicet quod de eisdem sexaginta mansis sive locare poterit plenarie sive non quinque mansos liberos unacum supersticiis, vulgariter obirschar, pro se et suis successoribus reservabit, thabernam, molendinum, quantas et quantos (*sic*) necessitas exquirit, piscinas, quantas facere potest, banca sive mensa (*sic*) panum, sutorum, maccellum carnium, sartorem, fabrum, pannicidam et aliorum mechanicorum, quos vel que ibidem erigerit seu locaverit et a quolibet mechanico unum ortum cum ipsius utilitatibus ac cum tercio denario iudiciali et cum sexto denario censuali ad dictum scultetum et ad ipsius heredes ac legittimos successores iure hereditario pertinebunt. Adiungimus etiam ecclesie parochiali ibidem unum mansum liberum et unum pro pascuis, que scottuycze vulgariter nominantur. Ut autem huiusmodi villa Lubathowa eo facilius locari poterit, omnibus locandis ibidem in silvis et mericis a data presencium ad viginti annos damus et concedimus plenam et omnimodam libertatem, eximentes ipsos ab omnibus

nostris solucionibus, bernis (*sic*), collectis, exaccionibus, serviciis, laboribus, angariis et preangariis, vulgariter howerk, et quibuscunque nominibus nuncupentur. Qua libertate exspirata kmethones eiusdem ville de quolibet manso plene mensurato unam marcam, quadraginta octo grossi marcam facientes, usualis monete in terra currentis et unum modium avene et duos pullos nobis et nostris successoribus solvere tenebuntur, et pro decima campestri, cui de iure debentur, sex grossos monete communis in quolibet festo sancti Martini solvere tenebuntur. Insuper eximimus omnes inhabitatores predicte ville, cuiuscunque condicionis existant, ab omnibus iudiciis, iurisdiccionibus omnium palatinorum, castelanorum, iudicum, subiudicum, officialium et ministerialium ipsorum, ita quod coram ipsis aut ipsorum aliquo pro quibuscumque causis magnis seu parvis citati minime respondere tenebuntur, sed tantum coram ipsorum sculteto et scultetus coram nullo nisi coram nobis aut nostro iudice, dum per nostram literam evocatus fuerit, suo iure Theutunico de se querulantibus respondebit. Alias autem omnes causas seu omnia commissa idem scultetus cum scabinis ad hoc deputatis iudicabit, sententiabit, condempnabit, puniet seu execucionem faciet forma iuris Theutunici in omnibus observata. Eximimus eciam prefatum scultetum seu ipsius legittimos successores a qualibet expedicione et servitute, donantes et conferentes sepe nominato sculteto seu ipsius successoribus graciose et (*cum*) speciali nostro favore omnem censum et omnes proventus et utilitates nemorum et silvarum villam ad predictam spectancium ac licenciam venandi, aucupandi, piscandi, in silvis mellificia habendi iuxta meritum utilitatis, ita tamen quod nemo aut nullus audeat temerarie prefatas silvas et nemora intrare et intrando ligna ad edificia vel ad comburrendum secare et secta inde educere nisi ipsius bono cum consensu et voluntate. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Actum et datum per manus Michaelis Leonis de Crosna in crastino sancti Valentini Episcopi et Martyris gloriosi sub anno domini millesimo quadringentesimo duodecimo in curia [1]) reverendissimi in Christo patris domini ac domini Mathie episcopi Premisliensis, presentibus testibus honorabili viro domino Nicolao Rectore ac Capellano capelle sancte Crucis in prefata curia, famoso viro Petro Advocato civitatis Crosne et provido viro Wernero concivi Crosnensi ac circumspectis viris Consulibus civitatis Crosne videlicet Hannus Pesch, Thoma Freyensatel, Iohanne Textore, Andrea generi (*sic*) Petri advocati de Crosna, Iacobo Geril, Nicolao dicto Nyczfeyt, ac aliis quam pluribus fidedignis etc. etc.

Or. perg. (A. 23). Po pieczęci pozostały tylko sznurki jedwabne koloru czerwonego i zielonego.

---

[1]) Niezawodnie w Krośnie.

XLI.

W Medyce 18. Października 1412 r.

Krystyn z Ostrowa kasztelan krakowski i sędzia przez króla wyznaczony rozstrzyga na korzyść biskupa spór pomiędzy Maciejem biskupem przemyskim a Zyndramem z Maszkowicz miecznikiem krakowskim o 700 grzywien.

Nos Cristinus de Ostrow castellanus Cracouiensis, iudex ad infra scripta per serenissimum principem dominum Wladislaum Regem Polonie etc., dominum nostrum graciosum, specialiter deputatus, significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod cum serenissimus princeps dominus Wladislaus Rex predictus nobis cum prelatis et baronibus infrascriptis causam inter reverendum in Christo patrem dominum Mathiam episcopum Premisliensem ab una et strenuum militem Zindram Maschcouicz gladiferum Cracouiensem parte ab altera vertendam, tractandam, decidendam, diffiniendam et debito fine terminandam commisisset, idem Zindram de septingentis marcis dominum episcopum predictum coram nobis accusavit, asserens, ipsas ratione cuiusdam contractus pro villa Iassonka [1]) facti et penis sibi appositis iudicialiter in eo acquisisse et ad probandam intencionem suam quasdam litteras nobis et in medium nostri produxit. Quibus litteris visis, auditis et examinatis ac intellectis comperimus, ipsas fore et esse viciosas, invalidas, suspectas et nullius roboris vel momenti. Ideo ipsas exigente iusticia anullavimus, irritavimus et cassavimus anullamusque irritamus et cassamus. Predictum vero dominum episcopum a septingentis marcis predictis per ipsum Zindram petitis absolvimus et absolutum pronuncciamus presentibus et nostre sentencie decreto mediante. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Presentibus reverendis in Christo patribus dominis Nicolao sancte Gneznensis ecclesie Archiepiscopo, Alberto Cracouiensi Episcopo, necnon validis strenuisque viris Iohanne de Tarnow Cracouiensi, Nicolao de Michalow Sandomiriensi Pallatinis, Iohanne de Szczecoczyn Lublinensi, Dobeslao de Oleschnicza Woynicensi, Furmano [2]) Medzirzecensi, Floriano de Corithnicza Visliciensi, Nicolao de Bloczischow Sanocensi Castellanis et Nicolao de Czarncow Iudice Poznaniensi, assessoribus

[1]) Nazwa ta po pierwszy raz tutaj zachodzi. Wieś ta pierwotnie nazywać się miała *Biskupeswald.* (Zobacz powyżej dokument nr. XV. z r. 1386).

[2]) Według Niesieckiego imie mu było: Janusz.

in premissis, et aliis pluribus testibus fide dignis. Datum in Medica feria tercia ipso die sancti Luce anno domini millesimo quadringentesimo duodecimo.

Or. perg. (A. 22). Pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

XLII.

W Przemyślu 10. Listopada 1413 r.

Jan Baranko z Krasic zapisuje w obecności Mikołaja syna niegdyś Michała Frawendinsta z Włocławka notaryusza kapitule przemyskiej pół grzywny i dziesięciny na Krasicach za odprawianie mszy żałobnej.

In nomine domini amen. Sub anno nativitatis eiusdem millesimo CCCCXIII, indicione sexta, hora terciarum vel quasi, in stuba domus reverendi in Christo patris ac domini domini Mathie episcopi Premisliensis in Premislia, decima die mensis Novembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Iohannis pape vicesimi tercii anno ipsius tercio, coram venerabili in Christo patre ac domino domino Mathia episcopo Premisliensi prescripto ac in mei notarii publici infrascripti et testium infrascriptorum et rogatorum presencia constitutus personaliter nobilis vir Iohannes Baranko heres de Crassycze [1]), non coactus neque conpulsus, sanus mente et corpore, spontanea sua voluntate confessus et publice recognovit, quomodo bone memorie patruus suus dominus Michael, advocatus quondam Premisliensis, de bonis suis a Deo sibi collatis ad laudem Dei omnipotentis pro anime sue suorumque predecessorum animarum salute laudabile et perpetuum circa Premisliensem ecclesiam in hunc modum suum anniversarium condidit, testamentum videlicet, quod capitulum et . . canonici Premislienses semel duntaxat in anno circa festum beati Iohannis Baptiste teneantur disponere et ordinare, ut vigilie IX leccionum et una missa pro ipsius domini Michaelis suorumque parentum defunctorum animabus decantentur prefatusque Iohannes Baranko predicti domini Michaelis sui patrui bonis succedens ac huiusmodi testamento anniversario cum suis parentibus consanguineisque defunctis includi cupiens pro laboribus et fatigis . . capituli et . . canonicorum premissorum mediam sexagenam monete currentis perpetui census in villa sua Crassycze supradicta iure hereditario . . capitulo et . . canonicis prefatis in testamentum eternum et irrevocabile, ut

[1]) Krasice wieś w powiecie przemyskim.

premittitur, unacum decimis manipularibus post araturas suas, ubicunque ipsum in bonis suis seminare contigerit, annis singulis perpetuis temporibus per dictos . . capitulum et . . canonicos de omni genere frumentorum plene et sine diminucione percipiendis realiter et cum effectu dedit ac assignavit dictamque villam Crassycze pro prefata media sexagena prenominatis . . capitulo et . . canonicis taliter obligavit, quod si per eundem Barankonem predictam villam Crassycze permutacionis, vendicionis aut donacionis seu quovis alio dominii translacionis tytulo vendi, transferri seu aligi contingat, quod huiusmodi villa predictum Baranconem aut suos heredes seu quoslibet alios successores vendi, permutari, donari, transferri seu alienari non poterit neque debeat, nisi ante omnia . . capitulum et . . canonici prelibati de huiusmodi media sexagena census perpetui plene fuerint securati. In quorum omnium fidem et noticiam pleniorem dictus Iohannes Baranko unacum . . capitulo et . . canonicis prelibatis pecierunt sibi confici per me notarium publicum unum vel plura instrumentum vel instrumenta publicum vel publica et ad omnium singulorum premissorum maioris roboris firmitatem instrumentum presens prefati venerabilis in Christo patris ac domini domini Mathie episcopi Premisliensis dictique . . capituli necnon et ipsius Iohannis Barankonis sigillorum appensione muniri. Actum et datum anno, indicione, hora, loco, die, mense, pontificatus, quibus supra, presentibus nobili viro Iaschcone herede de Prawcowicze et Laurencio de Crossna, protunc familiaribus prelibati domini Mathie episcopi Premisliensis, et aliis quampluribus testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Et [1]) ego Nicolaus olym Michaelis Frawendinst de Ladislavia clericus Wratislauiensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius predictis recognicioni et obligacioni necnon decimarum manipularium assignacioni aliisque omnibus at singulis premissis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent unacum prenotatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi et in hanc formam publicam redegi meaque manu propria subscripsi signo et nomine meis solitis et consuetis consignando in fidem et testimonium omnium premissorum rogatus et requisitus.

Or. perg. (A. 24). Obie pieczęci, które były zawieszone na paskach pergaminowych, odpadły.

---

[1]) Znaku notaryackiego nie ma.

XLIII.

14. Kwietnia 1417 r.

Iwo z Obychowa kasztelan szremski i starosta generalny ruski poświadcza, że wdowa po Piotrze Fus sprzedała kapitule przemyskiej sołtystwo w Pnikucie za 212 grzywien.

Nos Iwo de Obichow castellanus Srzemensis necnon capitaneus Russie generalis coram omnibus et singulis presentibus et futuris, quibus expedit, presentibus publice protestamur, quod honestam (*sic*) relicta Petri Fusz sua spontanea ex voluntate maturoque consilio suorum amicorum prehabito sculteciam suam in Pnocolt (*sic*) honorabilibus dominis de capitulo ecclesie Premisliensis pro ducentis et duodecim marcis monete et numeri usualis vendidit necnon eandem sculteciam premissis dominis temporibus eviternis ad possidendum rite et racionabiliter resignavit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus subappendendum. Datum et actum feria IIII[a] infra octavas Pasche sub anno dominice Nativitatis M° CCCC° decimo septimo.

Or. perg. (A. 25.) Pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

XLIV.

W Przemyślu 23. Maja 1417 r.

Zygmunt syn Ścibora z Oględowa zeznaje, jako na rozkaz królewski oddał wieś Blizne Maciejowi biskupowi przemyskiemu, odebrawszy od niego sto grzywien.

Ego Sigismundus Styborii de Oglandow presentibus recognosco, me de mandato serenissimi principis et domini domini Wladislai Regis Polonie etc. reverendo in Christo patri et domino domino Mathie, episcopo Premisliensi de villa Blyszne cessisse et ab eodem centum marcas in mediis grossis recepisse, in quibus michi dicta villa Blyszne per prefatum dominum Regem extiterat obligata. In cuius rei evidenciam sigillum meum presentibus est appensum. Actum et datum in Premislia dominica infra octavam Ascensionis Domini anno domini millesimo CCCC° XVII°, presentibus strennuo milite domino Nicolao

de Falcow ac honorabili viro domino Nicolao Canonico Premisliensi et Prebendario capelle sancte Crucis in Crosna, necnon Wernero Advocato de Brzozowa et aliis quampluribus testibus fide dignis.

Or. perg. (II. 5). Pieczęć wraz z paskiem oderwana.

XLV.

W Przemyślu 7. Marca 1421 r.

Janusz biskup przemyski zatwierdza na prośbę kapituły uchwałę jej zmieniającą postanowienia Eryka biskupa przemyskiego dotyczące wspólności majątku kapitulnego.

In nomine Domini Amen. Sub anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentessimo vicesimo primo, indicione XIIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Martini, divina providencia pape V^{ti}, anno quarto, VII die mensis Marcii, hora terciarum vel quasi, in stuba minori domus reverendissimi in Christo patris et domini domini Ianussii, Dei gracia episcopi Premisliensis, in Premislia, in mei notarii publici et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presencia constituti personaliter venerabiles et honorabiles viri domini Iohannes de Falkow, decretorum doctor prepositus, Franciscus decanus, Iohannes cantor, prelati, Nicolaus de Sandomiria alias Calvus, Iohannes Rutheni, Nicolaus de Radimpna, Iohannes de Beycz et Georgius de Crossna, canonici, protunc capitulariter congregati cum prelibato patre reverendo domino Ianussio episcopo, tractatibus hinc inde salubribus habitis, statum ecclesie Premisliensis concernentibus, prefati domini, capitulum, et canonici Premislienses considerantes et racionaliter perpendentes ubertatem predicte ecclesie Premisliensis et presertim bona alias in communi ad mensam capituli spectantia et dampna, que ex tali communitate dependebant, resecare cupientes, nichil penitus innovantes, sed pocius innitentes prime ordinacioni et dispositioni et ante multa tempora tentis et habitis, iuxta disposicionem et ordinacionem clare memorie domini Erici primi episcopi Premisliensis, prelibatum patrem reverendum dominum Ianussium episcopum Premisliensem unanimiter pecierunt instantissime huiusmodi ordinacionem et disposicionem alias, ut prefertur, factam, dispositam, habitam et tentam per ipsum dominum Ianussium episcopum ratificari, confirmari et cum effectu approbari. Qui quidem pater reverendus dominus . . episcopus pretactorum dominorum capituli et canonicorum iustis dignisque precibus annuens ac etiam racionabilibus de causis animum

ipsius ad hoc moventibus, huiusmodi ordinacionem infra descriptam ratificavit, confirmavit, et effectuose approbavit per ipsos dominos capitulum et canonicos Premislienses et ipsorum successores tenendam, habendam et perpetuis temporibus inviolabiliter observandam in hunc modum videlicet et effectum: quod prefati domini prelati, prepositus, decanus et cantor et successores ipsorum villam Pnekolth cum omnibus et singulis utilitatibus, iuribus, proventibus, obvencionibus et emolimentis, quibuscumque nominibus seu vocabulo censeantur, habebunt, tenebunt in corpore et possidebunt dominumque Iohannem Rutheni canonicum vel qui pro tempore fuerit successor eiusdem ad eandem villam predicti domini prelati admittent et admittere debent et tenebuntur, dando sibi duntaxat vel suo successori octo marcas singulis annis ad festum beati Martini confessoris prout aliis canonicis in prebendis eorum iam distinctis unanimiter est assignatum, ad quam solucionem eidem canonico prefati [1]) domini prelati vel qui pro tempore fuerint eiusdem ville posessores sint astricti. De labore vero unius lanei seu mansi ipsorum per rusticos culti, quantum eundem canonicum concernit, in quarta parte admittere similiter tenebuntur. De aliis autem laneis ad curiam spectantibus partem suam habebit, sumptibus et expensis pro parte sua deductis. Ceterum domini Nicolaus de Sandomiria alias Calvus, Georgius [2]) et Iohannes de Byecz canonici, vel qui pro tempore fuerint, singula bona in villa Peculicze ad ipsos canonicos spectantia cum omnibus et singulis utilitatibus et obvencionibus in ibidem provenientibus et proveniendis unacum universis et singulis ortis, brazeatoriis et ceteris in Premislia et in suburbio eiusdem ad ipsos canonicos pertinentibus habebunt, parimodo in corpore et possidebunt cum decimis manipularibus puta de agris allodii regalis circa Premisliam et ceteris aliis alias ad ecclesiam parrochialem in Premislia pertinentibus, exceptis tantum annonis, que alias missalia vocantur, et collumbaciones. Insuper domini Nicolaus de Radimpna et Simon notarius civitatis Cracouiensis, vel qui pro tempore fuerint, singula bona trans fluvium San, videlicet villulas Sosnicza et Bysehkowicze unacum allodio per bone memorie dominum Nicolaum Crzeschowsky olim canonicum Premisliensem alias capitulo testamentaliter legato et assignato cum omnibus utilitatibus, proventibus, iuribus et obvencionibus ad eadem bona pertinentibus similiter pro corpore prebendarum suarum perpetuis temporibus obtinebunt. Demum prenotati domini de capitulo ordinarunt per ipsos teneri et inviolabiliter observari, quod dum aliquem ex ipsis sive prelatum sive canonicum contingat migrare ab hac luce, extunc successor cuilibet succedat in immobilibus antecessoris defuncti; mo-

---

[1]) Obok tego wyrazu znajduje się krzyżyk, a taki sam krzyżyk przy dwóch ostatnich wierszach podpisu notaryackiego na znak, że to zakończenie podpisu odnosi się do tego tu miejsca. Według tej zapiski przeto opuścił notaryusz przez omyłkę w tem miejscu wyrazy „*et colendi*“.

[2]) Powyżej nazwany: *Georgius de Crossna.*

bilia vero eiusdem capitulum et canonici superstites [1]) ad communitatem recipient et levabunt; quibus taliter receptis et levatis et inter se divisis ad aniversarium per ipsos pro anima eiusdem defuncti celebrandum et perficiendum sub certis penis sint astricti, si alias debitoribus vel servitoribus eiusdem defuncti de bonis fuerit plenarie satisfactum. Super quibus omnibus et singulis prefati venerabiles ac honorabiles domini prelati et canonici Premislienses unanimiter a me notario publico infrascripto pecierunt sibi confici et dari unum vel plura, publicum seu publica. instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec anno, indicione, pontificatus, die, mense, horis et loco, quibus supra, presentibus discretis viris dominis Paulo de Robczicze, Petro de Pylzno, protunc ecclesie Premisliensis vicariis, Swenthoslao de Ksansz presbiteris et Nicolao de Szarnowecz publico notario dyocesis Cracouiensis et aliis quam pluribus fidedignis testibus ad premissa.

S. N.

Et ego Mathias Gregorii de Chomantow clericus dyocesis Cracouiensis, publicus imperiali auctoritate notarius predictis incorporacionis ordinacioni, dispositioni earumque confirmacioni. ratihabicioni et aprobacioni aliisque omnibus et singulis dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, manuque propria me subscribens, in hanc forma (*sic*) publicam redegi signo quoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi unacum appensione sigillorum patris reverendi domini Ianussi episcopi et capituli Premisliensis prelibatorum de mandato ipsorum in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum coroboravi.

Nieco niżej:

Et protestor de obmissione illius dictionis: „et colendi“ in XX[a] linea a sursum non causa vicii sed erroris, et de corectione dictionis: „superstites“ in VII linea a seorsum.

Or. perg. (A. 26). Po dwóch pieczęciach biskupiej i kapituły przemyskiej pozostały tylko paski pergaminowe.

---

[1]) W wyrazie tym opuścił pisarz pierwotnie litery *ti*, wpisał je atoli później nad wyrazem u góry, o czem wyraźnie nadmienił w dopisce dodanéj do podpisu swego u dołu dokumentu.

XLVI.

W Dobrostanach 6. Października 1423 r.

Władysław Jagiełło postanawia, aby kapituła przemyska liczyła dziewięciu kanoników.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lythwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod nos attendentes et recto mentis iudicio revolventes, quomodo egregia sponsa Christi Premisliensis cathedralis ecclesia, nostris temporibus ad laudem omnipotentis Dei eiusque gloriosissime virginis matris Marie et sancti Iohannis Baptiste velud novella plantacio erecta, in fructibus et proventibus suis adeo sit tenuis et exilis, quod de facultatibus velud uberibus suis novem personas sibi ad instar aliarum ecclesiarum cathedralium in ipsarum ritibus et cerimoniis ministrantes vix poterint sustentari, prout reverendorum patrum dominorum Iohannis archiepiscopi Leopoliensis et Ianussii episcopi Premisliensis informacione simus docti; ut igitur ministri sponse predicte, quam decet virtus et honor, in longitudine dierum auctori domino eo devocius sedulum impendere valeant famulatum, quo decencioris limitacionis regula in provisionibus ipsius fuerint stabiliti et suffulti, nos velud collator et patronus, qui intensis desideriis propagacionem cultus divini augeri nostris temporibus affectamus, honoresque et onera quorumlibet equa lance metimur, ad laudem omnipotentis Dei eiusque gloriosissime virginis matris Marie et sancti Iohannis Baptiste, in quorum honore ecclesia predicta insignita est vocabulo, auctoritate nostra regia decrevimus et presentibus declaramus, quod ad omnes et singulas dicte sponse facultates de bonis nostris aut aliorum quorumcunque hactenus datas et donatas, non plures quam novem persone prelatorum et canonicorum coniunctim exnunc et in antea instituantur. Sed novem et non plures persone sic institute predicte aut instituende dictis facultatibus sint contente, qui per se vel alios seu eorum substitutos more aliarum cathedralium ecclesiarum debitum ecclesie predicte velud sue sponse in suis cerimoniis taliter reddant, quod in omni ipsius cultu et contumacione nulla negligencia committatur. Numero presentatorum per nos ex quacumque causa forte datorum non obstante qualicumque, nolumus tamen presenti nostra restriccione in dotacionibus faciendis pietatis manus alicui seu aliquibus precludere nec ipsis in aliquo derogare, harum nostrarum testimonio litterarum, quibus sigillum nostrum est appensum.

Datum in Dobrestany loco venacionum nostrarum feria quarta proxima post festum sancti Francisci anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo tercio.

Or. perg. (A. 42), z lewej strony znacznie nadgryziony. Pieczęć wraz z paskiem, na którym wisiała, zaginęła.

XLVII.

W Przemyślu 2. Kwietnia 1424 r.

Janusz biskup przemyski odstępuje kapitule dziesięciny z powiatu tyczyńskiego do wysokości 24 grzywien a trzej notaryusze transsumują nadanie to na dniu 7. Kwietnia 1424 r.

(I)n nomine Domini Amen. Sub anno millesimo quadringentesimo vicesimo quarto, indicione secunda, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti, anno ipsius septimo, septima die mensis Aprilis, in domo honorabilis viri domini Philippi canonici kathedralis ecclesie Premisliensis in Premislia, hora vesperorum vel quasi, venerabiles domini Benedictus prepositus, Franciscus decanus, Iohannes cantor, prelati, et honorabiles Nicolaus de Sandomiria, Iohannes Wigandi, Philippus Cleyndinst et Petrus canonici ecclesie Premisliensis capitulariter congregati, nobis notariis infrascriptis coram testibus subnominatis queddam inscriptum originalis littere in pecie pargameni reverendi in Christo patris et domini domini Ianussii Dei gracia episcopi Premisliensis, decretorum doctoris, eius vero sigillo autentico in filis sericeis rubei et viridi coloris, orbicularis figure, dependente sigillatum exhibuerunt, presentaverunt et ostenderunt non abolitum, non viciatum, non cancellatum nec in aliqua parte sui suspectum, sed omni prorsus vicio et suspicione carens, petentes premissum inscriptum sub manu publica transsumi et fideliter copiari. Cuius tenor his verbis videbatur contineri.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ianussius divina et apostolice sedis providencia episcopus Premisliensis etc. omnibus et singulis ecclesiarum parochialium rectoribus, castellanis, burgrabiis, advocatis, opidanis, scultetis et kmethouibus, singulisque christifidelibus utriusque sexus nostre Premisliensis diocesis et presertim in districtu et territorio opidi Ticzyn [1]) constitutis, quorum interest vel intererit aut interesse poterit quomodolibet in futuris, significamus tenore presencium, quod dum felicis recordacionis olim reverendi patres et domini: Ericus primus, Mathias secundus predecessores nostri memorie pontificalis dignitatis pariter et honore primo decano nostre ecclesie et

[1]) Tyczyn miasto powiatowe.

primis canonicis fratribus nostris per eos institutis et eorum successoribus, volentes condicionem dicte sue ecclesie, prout tenebantur, secundum canones sacconis (*sic*) in spiritualibus et temporalibus facere meliorem, decimas ad mensam episcopalem iure diocesano spectantes in districtibus, opidis et villis, puta suburbio civitatis Premisliensis circumquaque civitatis adiacente, in Ostrow Derslai, Hvycowice, Cussinice, Zirawice, Wischaticze [1]). willis et districtibus infrascriptis puta Rzeschow, Landishutte. Przeworsko, Iaroslaw et Prochnik nostre Premisliensis diocesis pro ipsorum decani et capituli usufructu dederunt, assignaverunt, gracioseque incorporaverunt, considerantes denique ex parte dicte nostre ecclesie novelle nobis a Deo comendate et pro parte venerabilium virorum Benedicti prepositi, Francisci decani, Iohannis cantoris, prelatorum, et honorabilium Nicolai de Sandomiria, Martini prothonotarii aule incliti . . domini Regis Polonie, Iohannis Wigandi, Philippi Cleyndinst, Iohannis Rutheni, et Petri canonicorum et capituli eiusdem nostre Premisliensis ecclesie cultum divinum et temporalia debere non minui sed augeri, matura ad hoc deliberacione adhibita, et ut spiritualia temporalibus adiuta diucius valeant subsistere, prescriptis fratribus nostris preposito, decano, cantori, prelatis, canonicis et capitulo dicte nostre ecclesie presentibus et futuris in decimis mense nostre episcopalis ad nos iure diocesano spectantibus in prescripto districtu Ticzenensi viginti quatuor marcas numeri et ponderis Polonicalis de agris nobilium, scultetorum, opidanorum et kmethonum cultis et colendis et villis in predicto districtu locatis et locandis, presentibus et futuris, dedimus, donavimus, assignavimus et incorporavimus perpetue et irrevocabiliter habendas, tenendas, colligendas, et presentibus damus, donamus, assignamus et incorporamus dictis preposito, decano, cantori, canonico et capitulo, presentibus et futuris, pro ipsorum usufructu applicandas sub condicione infrascripta, puta quod prefati domini prelati, canonici et capitulum, fratres nostri, in prescriptis viginti quatuor marcis per nos ipsis incorporatis tres vicarios perpetuos pro horis diurnis cantandis et nocturnis ac divini cultus augmento instituere et incorporare sint astricti temporibus eviternis; mandantes nichilominus omnibus et singulis castellanis, nobilibus, advocatis, scultetis, opidanis, kmethonibus ceterisque aliis omnibus et singulis, qui iure constitucionis divine aut humane in predicto districtu Ticzenensi ad dandas decimas se nominant obligatos, eisdem preposito, decano, cantori, prelatis, canonicis et capitulo nostre ecclesie Premisliensis, fratribus nostris presentibus et futuris, exnunc in antea de dictis XXIIII^{or} marcis sub comiacione (*sic*) divini iudicii integraliter respondere. In cuius donacionis testimonium nostras litteras sigilli nostri autentici appensione iussimus communiri. Datum et actum in Premislia in domo habitacionis nostre dominico die, quo in ecclesia

[1]) Ostrów, Ujkowice, Kosienice, Żurawica i Wyszatycze wsie w powiecie przemyskim.

Dei Letare Ierusalem decantatur, anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo quarto, presentibus honorabilibus et discretis viris Nicolao Rectore parochialis ecclesie in Crosna, Clemente Rectore ecclesie in Hoczow, nostre Premisliensis diocesis, Cancellariis et Notariis nostris, et Petro Stanislai de Czeschkowice Cracouiensis diocesis, Notario civitatis Premisliensis, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Super quibus prefati domini prelati, canonici et capitulum predicte ecclesie Premisliensis a nobis notariis infrascriptis originalis littere transsumpcionis et copiacionis ipsis pecierunt fieri instrumentum prefati reverendi in Christo patris et domini Ianusssii Dei gracia episcopi Premisliensis, sigillo eodem autentico, prout et originalis littera extitit munita, de certa sui sciencia roboratum. Actum et datum anno, indicione, pontificatus, mense, die, hora, loco, quibus supra, presentibus discretis viris dominis Iohanne Rectore ecclesie parochialis in Marcowa Premisliensis diocesis, Paulo Vicario ecclesie parochialis in Premislia, Iohanne de Zaborowice, Blasio Nicolai de Iaczimirz, Capellanis et Clericis Cracouiensis et Premisliensis diocesum, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

S. N.

Et me Petro Stanislai de Schramstat Cracouiensis diocesis publico imperiali auctoritate notario, quia predictis presentacioni, exhibicioni, leccioni prescripte originalis littere unacum notariis infrascriptis et testibus prenotatis presens interfui ipsamque originalem litteram ad mandatum et requisicionem prescriptorum venerabilium dominorum de capitulo fideliter copiavi et transsumpsi manu mea propria, nil addendo, nec minuendo, consignavi unacum appensione sigilli prefati reverendi patris et domini domini Ianussii episcopi Premisliensis in hanc publicam formam redegi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum [1]).

S. N.

Et ego Nicolaus olim Michaelis Frawendinst de Ladislauia, presbiter Wratislauiensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia presentacioni, exhibicioni, leccioni aliisque omnibus et singulis premissis unacum prenominatis testibus notariisque supra et infrascriptis presens interfui eaque omnia et singula premissa, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, fieri vidi et audivi, ideo ea omnia per alium fideliter scripta, me aliis arduis negociis occupato, in hanc publicam formam redegi, me huic cum supra et infrascriptis notariis publicis subscribens signoque et nomine meis propriis solitis et consuetis unacum appensione [2]) prefati

---

[1]) Aż dotąd cały dokument jedną ręką pisany, odtąd każda zapiska odmienna.

[2]) Brak wyrazu: *sigilli.*

reverendi in Christo patris et domini domini Ianussii episcopi Premisliensis consignavi rogatus specialiter et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

S. N.

Et ego Clemens olim Nicolai de Czchow clericus Craconiensis diocesis, publicus sacra imperiali auctoritate notarius, quia predictis presentacioni, exhibicioni, leccioni aliisque omnibus et singulis pretactis unacum prenominatis testibus notariisque suprascriptis presens interfui eaque omnia et singula premissa, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, fieri vidi et audivi, ideo ea omnia per alium fideliter scripta, me aliis arduis occupato negociis, in hanc formam publicam redegi me huic cum suprascriptis notariis publicis subscribens signoque et nomine meis circa talia solitis et consuetis unacum appensione [1]) prelibati reverendi in Christo patris domini domini Ianussii episcopi Premisliensis consignavi rogatus et requisitus in fidem et evidens testimonium omnium et singulorum premissorum.

Or. perg. (A. 28), pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

XLVIII.

W klasztorze św. Krzyzkim na Łysej Górze 24. Listopada 1424 r.

Władysław Jagiełło potwierdza dawne i nadaje nowe dochody kapitule przemyskiej.

In nomine Domini Amen. Wladislaus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie Lythwanieque princeps suppremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. ad perpetuam rei memoriam, quia nunc divine retribucionis meritum et temporalis prosperitatis augmentum consequi infallibiliter credimus, dum personis ecclesiasticis ad laudem Dei deputatis munificencie nostre dextram liberaliter impartimur, noscat igitur tam instans etas quam successiva posteritas futurorum, qualiter ipso die Omnium Sanctorum in ecclesia Premisliensi nobis ad sacra summe misse officia cum devocione, qua potuimus, meliori vacantibus pervenit ad nostri noticiam celebris et diutinus desiderata novitas, quomodo serenissima princeps domina Zophya Regina et consors

[1]) Brak wyrazu: *sigilli.*

nostra carissima prolem de se produxisset masculinam [1]) dextera Domini ab omni corrupcione sive lesionis contagio cum conservacione proprie sanitatis reservata, propter quod dictam ecclesiam Premisliensem et eius ministros tanto favorabilius prosequi nos convenit, quanto amplioris consolacionis novitate tante festivitatis nutu domini suscepimus incrementa, et ut ministri ecclesie predicte celebritatem tante novitatis suis orationibus recolant et libro sempiterne memorie inscribant nosque inde gaudio perfrui valeamus ewiterno, peticionibus wenerabilium prelatorum et canonicorum ecclesie supradicte nobis humiliter porrectis misericorditer inclinati, zelo devocionis accensi diem extremi indicii pietatis operibus volentes prevenire, ex certa sciencia voluntateque ultronea et animo deliberato, primo tredecim ortos cum piscinulis wulgariter Szadzawky, quorum dudum [2]) ab antiquo possessione gaudebant gaudentque de presenti, ac decimum quartum ortum post pontem sub valle castri nostri Premisliensis inter vias eundo in Sanok et duos laneos unum videlicet cum predio penes viam eundo in Prochnik [3]) retro fluvium Szan, qua pecora ad pascua depelluntur, wulgariter Schottnya, recolende memorie per Nicolaum Crzeschowsky olim canonicum ipsi ecclesie legatum, et alium laneum penes molendinum monasterii ex opposito lacus Nemile, ad ecclesiam parochialem Przemisliensem (*sic*) ab antiquo spectantem, una cum duobus laneis, predio, molendino, piscinis, pratis et extremitatibus laneorum ipsis pratis consignantibus in villa Pyeculicze consistentibus et aliis duobus laneis in Uchrow [4]) eciam cum pratis, agris, campis cultis et incultis, pascuis et aliis quibuslibet racione parochialis ecclesie predicte per ipsos prelatos et canonicos capituli Premisliensis supradictos dudum pacifice tentis, habitis et possessis. Item aream pro instaurando molendino in flumine Wyar wulgariter Mlunsko cum agris, pratis, campis, spinetis, rubetis et aliis quibuslibet coherenciis et appendiis, necnon duo braseatoria cum domo pro habitacione braseatoris per ipsum capitulum comparata. Et alias duas domos prope ecclesiam sancti Petri cum pomerio et area braseatorii per magistrum Nicolaum Wigandi pie memorie (*decretorum*) doctorem ipsi ecclesie et capitulo coemptis, ac unum piscatorem in willa Moschyska [5]) in littore fluvii Szan ante civitatem Premisliensem eundo ad Wladikam, ubi Luczka Kmetho suam trahit mansionem, omnesque et singulas donaciones (*et*) quaslibet

---

[1]) Władysław Warneńczyk urodził się 31. Października 1424. O tém że król radośną tę wiadomość odebrał „apud Przemyśl", wspomina Długosz IV. 329 (wyd. krakowskie).

[2]) *dudum et* w potwierdzeniu.

[3]) Pruchnik miasteczko w powiecie jarosławskim.

[4]) Uhnów miasteczko powiatowe. W potwierdzeniu stoi *in Nehrobka* zamiast *in Uchrow*. Nehrybka wieś w powiecie niżankowickim.

[5]) Wsi takiej odszukać nie umiem.

(*possessi*)ones suprascriptas, necnon villas Pnekolth, Byszcowyce, septem kmethones et unam thabernam in Szosznycza, agros in Swante [1]) wulgariter G(*arb*) unacum piscinis, laeubus, mellificiis in districtu Premisliensi sitas per ipsum capitulum h(*actenus*) ecclesie tentas unacum decimis manipularibus araturarum nostrarum ad castrum nostrum Premisliense pertinencium et presertim in Meszenconicze [2]), laskmancze [3]) et in predio nostro in suburbio Premisliensi sito [4]) memorate ecclesie Premisliensi et eius capituli prelatis et canonicis pro tempore existentibus cum plenitudine iuris, proprietatis et dominii de innate nobis celsitudinis clemencia damus, conferimus, addimus, apropriamus, associamus, annectimus, adiungimus liberaliter et donamus irrevocabiliter perpetue et in ewum cum omnibus et quibuslibet eorum utilitatibus, fructibus, proventibus, censibus, redditibus, dacionibus, exactionibus, contribucionibus et quibusvis solucionibus, attinenciis, pertinenciis, obvencionibus, coherenciis et appendiis universis ad ibidem quomodolibet ab antiquo spectantibus, iam inventis et adinveniendis in futurum, quibuscunque nominibus vocitentur, per dictam ecclesiam et eius capitulum habendum, tenendum, utifruendum, reparandum, instaurandum et pacifice perpetuis temporibus possidendum ac in usus beneplacitos convertendum, pront ipsis melius et utilius videbitur expedire, facientes ipsam ecclesiam et eius capitulum omnium premissorum veros et legittimos perpetuosque possessores et ut in ipsa ecclesia Premisliensi uberius respirare valeat et in suis possessionibus felicia recipere augmenta prescripta omnia eidem per nos incorporata, addita et adiuncta omnibus iuribus, graciis, privilegiis, libertatibus et emunitatibus ecclesiasticis amodo utifrui decernimus et gaudere, ab omni iurisdiccione, iudicio et potestate seculari et eius officialium quorumlibet necnon ab omnibus dacionibus, exactionibus, fumalibus, laboribus, steuris, staciónibus, podwodis, equitaturis, ducturis, angariis, preangariis et quibusvis solucionibus inventis et inveniendis, ut prefertur de mera liberalitate absolventes et perpetuo eadem libertantes, ita quod nulli alteri nisi dicte ecclesie et eius capitulo subsistant et de singulis teneantur respondere, quodque omnes et singuli ipsorum incole, ortulani et kmethones in eorum possessionibus ubilibet pro tempore constituti nostris silvis uti libere valeant atque possint tociens, quociens eis fuerit opportunum, de plenitudine liberalitatis nostre damus plenam, (*libera*)m et omnimodam potestatem. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio

---

[1]) Święte wieś w powiecie radymieńskim.

[2]) Na boku ręką XVII. wieku: *Meszenconice nunc vero appellantur Dziewięczyce*, jest to wieś w powiecie niżankowickim.

[3]) Jaskmanice wieś w powiecie niżankowickim.

[4]) Na boku ręką XVII. wieku: *Bakunczyce*. Bakończyce jest to wieś w powiecie niżankowickim.

literarum. Actum apud sanctam Crucem in Calvomonte feria sexta in vigilia sancte Virginis gloriosc [1]) anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo quarto, presentibus reverendo in Christo patre domino Iohanne Archiepiscopo Leopoliensi nobilibusque ac strennuis viris Mosticio Posnaniensi, Michaele de Bogumilouice Sandomiriensi, Iohanne de Tholischow Calisiensi Castellanis, Sbigneo de Brzeze regni nostri Marschalco et Andrea Cz(*obek*) Subcamerario Sandomiriensi multisque aliis nostris fidelibus, fide dignis. Datum per manus venerabilium virorum Iohannis Schaffranecz Decani Cracouiensis, regni Polonie Cancellarii et Stanislai Czolek eiusdem regni Vicecancellarii, nobis sincere dilectorum.

Or. perg. (A. 27) znacznie zniszczony. Pieczęć wraz z sznurkiem, na którym wisiała, oderwana. Dokument ten według zapiski na odwrotnej stronie oblatowany w grodzie przemyskim *feria quarta post festa solennia sacri Paschatis proxima* (4. Kwietnia) *A. D. 1652.*

Władysław IV. w Warszawie 10. Marca 1643 potwierdza ten dokument. Or. perg. (B. 27). Według tego potwierdzenia z resztą dość błędnego zwłaszcza w nazwach uzupełnić było można niektóre luki.

XLIX.

W Sallicanum 26. Lipca 1424 r.

Marcin V. papież zatwierdza dochody kapitule przemyskiej.

Martinus episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . preposito et capitulo ecclesie Premisliensis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam etiam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum et propterea dilecti in domino filii nostris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus sive privilegia sive alias indulgentias vobis et ecclesie vestre Primisliensi ac mense capitulari eiusdem ecclesie concessas, necnon exemptiones secularium exactionum a Regibus, principibus seu aliis christifidelibus vobis et ecclesie vestre Primisliensi, ac eiusdem ecclesie mense capitulari indultas, specialiter ante parrochiales ecclesias in Primislia et in Croszna, Primisliensis diocesis, sitas ac altare in eadem ecclesia Primisliensi situm, necnon domos, agros, terras, vineas cum decimis et

[1]) Przez pomyłkę opuścił pisarz bliższe oznaczenie świętej. Z zupełną prawie pewnością przypuścić można, że opuścił *Catharine*, rozwiązujemy przeto datę tę na 24. Listopada.

pertinentiis suis et alia bona ad ecclesiam Primisliensem ac mensam capitularem predictas spectantia, sicut ea omnia iuste et pacifice obtinetis vobis et per vos eisdem ecclesie ac mense auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, salva in predictis moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et communitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli appostolorum eius se noverit incursurum. Datum Sallicani Penestensis diocesis VII. Calendas Augusti, pontificatus nostri anno septimo.

Or. perg. (A. 29). Na sznurku jedwabnym czerwono żółtym zawieszona ołowiana bulla Marcina V. Na zagięteе z prawej strony: *registrata gratis M. de Bossis.*

L.

9 Czerwca 1426 r.

Władysław Jagiełło nadaje w sumie stu grzywien wsie Królikowa i Jaślicza Andrzejowi puszkarzowi królewskiemu.

Wladislaus Dei gratia Rex Polonie Lythwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo serviciis fidelibus Andree [1]) pixidari (*sic*) nostri, que nobis sepe exhibuit, pya consideracione attentis sibi Grolicow [2]) et Iasslicza (*sic*), que quondam Zyndramo de Maskouicz donacionis nostre libertate fuerunt impartita et donata ac tandem ad nos successione vera et legitima iuris regalis reversa, prefato Andree damus, tradimus et largimur ad locandum et hominum ac incolarum frequentiam componendum, que pluralitate debita locaverit et impleverit, ut laboris sui fructus gaudeat, se recepisse sibi in eodem loco hominum incolatu implendum centum marcas monete communis et in regno nostro currentis, damus, assignamus et donamus, in eisdem centum marcis tenendum, habendum et possidendum tamdiu, quousque sibi per nos vel nostros successores centum marce huiusmodi fuerint persolute, salvis tamen stacionibus nostris solitis et conswetis, et hoc eciam specialiter expresso, quod idem Andreas pixidarius limites et granicies predicti loci debet cum omni studio custodire, ne ab aliquo latere per quoscunque vicinos et extraneos diminui, minorari, distrahi valeant,

[1]) W dokumencie z r. 1428 (nr. LI) nazwany *Andreas de Lubno.*

[2]) *Grolicow* Królik polski i Królik wołoski dwie wsie do biskupstwa przemyskiego należące, w rymanowskim powiecie położone, w tymże samym co Jaśliska.

dilacerari vel confundi. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum et datum [1]) in dominico die proximo post octavas Corporis Christi anno domini millesimo quadricentesimo vicesimo sexto.

Dominus Rex
per se.

Or. perg. (II. 6). Pieczęć wraz z paskiem oderwana. Dokument ten był oblatowany w ziemstwie przemys. 28. Lipca 1773 r.

LI.

W Stawiszynie 10. Kwietnia 1428 r.

Władysław Jagiello potwierdza Andrzejowi z Łubna puszkarzowi i dworzaninowi królewskiemu nadanie Zyndrama z Maskowicz miecznika krakowskiego.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc prudenter occurrimus incomodis, dum gesta etatis nostre litterarum apicibus et testium annotacione perhennamus, ne lapsu temporis evanescant, proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Craconie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyawie Litwanieque princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo nobilis Andreas de Lubno heres, pixidarius et familiaris noster fidelis et dilectus, unam litteram pye memorie nobilis Zindrami de Maskouicz gladiferi Cracouiensis coram nostra Maiestate exhibuit et produxit debita cum instancia supplicando, quatenus sibi eandem ex innata nobis regie celsitudinis clemencia ratificare, approbare, innovare et confirmare dignaremur. Cuius tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Tutaj następuje nadanie Zyndrama z 4. Paźdz. 1389 r. powyżej nr. XIX oddrukowane. Potem brzmi potwierdzenie dalej.

Nos itaque precibus ipsius tamquam iustis et racioni consonis benigniter aclinati prefatam litteram in omnibus suis punctis, clausulis et condicionibus ratificamus, innovamus, approbamus et confirmamus, decernentes robur optinere (*sic*) perpetue firmitatis. Actum

[1]) Miejsce wystawienia tego nadania nie wymienione. Dwa dni przedtem 7. Czerwca znajdował się król w Olkuszu (Raczyński C. d. Lith. 318).

in Sthauischin [1]) Sabbato die proximo post festum Pasce anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo octavo, presentibus magnificis et strenuis Andrea de Domaboz Kalisiensi, Ierando de Brudzewo Innowladislauiensi Palatinis, Thoma de Pakost Posnaniensi et Capitaneo Maioris Polonie generali. Martino de Slawsko Kalisiensi, Iohanne de Szczekoczini Lublinensi, Nicolao Kelbasa Bidgosciensi Castellanis et aliis fide dignis. Datum per manus venerabilium Iohannis Scheffranyecz Decani Craconiensis Cancellarii et Stanislai Czolek Vicecancellarii regni Polonie, nobis sincere dilectorum.

Ad mandatum venerabilis Stanislai Czolek regni Polonie Vicecancellarii, ad relacionem Alberti Notarii filii magnifici Mathie de Labischin Pallatini Brestensis [2]).

Or. perg. (A. 30), pieczęć wraz ze sznurkiem zaginęła. Na odwrotnej stronie: *Registrata.*

LII.

W Rzymie 26. Maja 1429 r.

Marcin V. papież zatwierdza i pomnaża odpusty uroczystości Bożego Ciała nadane przez papieża Urbana IV.

Martinus episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ineffabile sacramenti, quod sacerdos in eternum Christus dominus instante, quam pro peccatoribus subire voluit, sue mortis tempore nobis, ut eo digne refecti divinitatis ipsius participes sint, in memoriale reliquit, gloriosum corporis et sanguinis eius misterium precipuis a fidelium quolibet attollendum fore recensentes, honoribus ac devotissimis laudum studiis amplectendum mistici dispensatione thesauri fideles eosdem, quod venerationi tam preciosissimi sacramenti sinceris affectibus et dignis obsequiis ferventer intendant, excitare satagimus, ut huiusmodi in eis fructum mors afferat et illis celesti pabulo vegetatis ipsius institutio sacramenti prosit iugiter ad salutem. Sane dudum felicis recordationis Urbanus papa IIII predecessor noster [3]) ad orthodoxe corroborationem et exaltationem fidei digne

[1]) Stawiszyn miasto o dwie i pół mili od Kalisza. 5. Kwietnia był król jeszcze w Kaliszu (Długosz XI, 500).

[2]) Cała dopiska odmienną od dokumentu ręką.

[3]) Urban IV. papież od 1261—1264.

ac rationabiliter statuens, ut de tanto sacramento preter illam, que dietim in ecclesia fieret, annuatim memoria solennior ac specialior haberetur et ad celebrandum eius tam excelsum tamque gloriosum festum quintam post octavas penthecostes feriam designans ipsosque fideles ad colendum illud donis spiritualibus animare volens, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in matutinali officio festi eiusdem in ecclesia, in qua illud celebraretur interessent, centum, qui vero misse, totidem, et qui in primis ipsius festi vesperis, similiter centum, qui autem in secundis, totidem, illis vero, qui prime, tertie, sexte, none ac completorii horarum officiis, pro qualibet ipsarum quadraginta, eis autem, qui per octavas ipsius festi matutinalibus, vespertinis, misse ac predictarum horarum officiis interessent singulis octavarum ipsarum diebus, etiam centum dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxavit. Nos vero, qui huius curricula mundi superstitiosis heresum fomentis guerrarumque turbinibus necnon pestis et aliarumque dietim ex divine maiestatis, ut formidamus, offensa circumstrepunt, calamitatum dispendiis fines proch dolor adducere cernimus, passim deteriores amplioribus spiritualis recompensationis impendiis fideles eosdem ad impertienda pro veneratione sacramenti huiusmodi et ut illud, quo pascantur et salventur ipsorum corda, perlustret potiora reverentie et devotionis exercitio firmare sumopere cupientes, singulis ex eis vere penitentibus et confessis, qui et quotiens in ipsius sacramenti pro festo ieiunium vel loco illius aliud pium iuxta suorum consilia confessorum opus fecerint, centum et qui premissis in ecclesiis, quibus illa celebrari contigerit, officiis interfuerint necnon episcopis et aliis prelatis superioribus, qui dictis officiis libenter interessent, sed eis quominus in ipsis ecclesiis interesse possint, pro conservandis suarum dignitatum iuribus et alias legitime tunc impeditis, pro matutinali ducentos et pro misse officiis totidem ac pro qualibet vesperarum etiam ducentos, reliquarum vero videlicet prime, tertie, sexte, none et completorii festi octuaginta, rursus autem quibuslibet octavarum diebus pro singulis matutinalium missarum et vesperarum similiter centum necnon reliquarum horarum officiorum huiusmodi quadraginta, illis preterea, qui processiones in quibus ipsum vivificum sacramentum dicto festo iuxta prefatarum ritus ecclesiarum deferetur continuo secuti fuerint et quibuslibet in festo ac octavarum diebus huiusmodi pro pace et tranquilitate ecclesie missas devote celebrantibus pro singulis ipsarum necnon aliis in eodem festo eucharistie sacramentum devote sumentibus etiam centum singulis annis profecto vice qualibet, eis qui, dum corpus dominicum comunicandis defertur infirmis, illud cum incenso luminari precedendo vel sequendo venerentur, similiter centum et qui tunc illud alias devote . . . . [1]), etiam quinquaginta dies de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum apostolorum eius

[1]) Jeden wyraz o kilku literach zupełnie wypełznięty.

Petri et Pauli auctoritate confisi de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Quodque in festo et diebus octavarum huiusmodi etiam terris et locis . . . . . [1]) quavis auctoritate suppositis interdicto, pulsatis campanis, ianuis apertis et alta voce excomunicatis, prorsus exclusis, sed interdictis, ut citius reconciliari studeant, admissis et illis, qui causam vel occasionem huiusmodi interdicti dederint altari tunc . . . . . [2]) appropinquantibus misse et officia premissa licite celebrari possint, auctoritate apostolica concedimus per presentes, aliis, que circa observationem interdictorum a nostris sunt instituta predecessoribus, in suo robore duraturis; et insuper universos . . . . . [3]) archiepiscopos, episcopos et alios ecclesiarum prelatos monemus et hortamur in domino ac eis per apostolica scripta in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus et in remissionem peccaminum muuimus, ut per se vel alios eorum sub . . . . . [4]) civitatum et diocesum ecclesias in dominica feriam et festum predicta proxime precedente salutaribus ad venerationem potissime sacramenti huiusmodi monitis et exhortationibus presentium literrarum conditionem et effectum publ . . . . . [5]) eodem suffragante misterio subditi et fideles ipsi gratiarum uberiori fulciantur augumento et ab illo, qui se pro ipsis immolavit hostiam post huius vite cursum ad gloriam perducantur eternam. Verum quia difficile foret huiusmodi . . . . . [6]) volumus et eadem auctoritate decernimus, quod ipsarum transumpto manu publica et sigillo alicuius episcopalis vel superioris ecclesiastice curie munito tanquam prefatis, si originales exhiberentur, litteris, plena fides adhibeatur et perinde stetur ac si dicte originales littere forent exhibite vel ostense. Datum Rome apud sanctos apostolos VII. Kl. Iunii, pontificatus nostri anno duodecimo.

Or. perg. (A. 31) znacznie uszkodzony. Na zagiętce po prawej stronie: *de Curia*, podtem *Jo de Nursia*, a jeszcze niżej: *N. de Suadagnis*. Na czerwono żółtym jedwabnym sznurku zawieszona ołowiana bulla papieża Marcina V.

---

[1]) Jeden wyraz o kilku literach zupełnie wypełznięty.

[2]) Dziura zajmująca kilka liter.

[3]) Dziura zajmująca kilka liter.

[4]) Dziura zajmująca kilkanaście liter.

[5]) Dziura zajmująca kilkanaście liter.

[6]) Dziura zajmująca kilkanaście liter.

LIII.

W Przemyślu 21. Kwietnia 1430 r.

Janusz biskup przemyski transsumuje na żądanie kapituły przemyskiej trzy dokumenty poprzednika swego Macieja.

In nomine domini amen. Universis et singulis presens transsumptum seu transscriptum aut publicum instrumentum inspecturis pariter et visuris, nos Ianussius Dei et apostolice sedis gracia episcopus Premisliensis volumus fore notum, quod in nostra venerabiles et honorabiles viri domini Franciscus decanus, Benedictus prepositus, Iohannes Wolmari cantor, Iohannes Adolphi custos, necnon Iohannes Wygandi, Petrus Bethka et Philippus Kleyndinst, prelati et canonici ecclesie Premisliensis totumque capitulum in eadem ecclesia in loco capituli ad sonum campane capitulariter congregati presencia personaliter constituti quasdam literas multas et diversas fundacionis ecclesie Premisliensis ac proventuum et emolumentorum pro prefatis dominis prelatis et canonicis eiusdem ecclesie Premisliensis fundatorias, donatorias et confirmatorias predecessorum episcoporum eiusdem ecclesie et alias regales literas approbacionis in pergameno scriptas et conscriptas et diversis maiestatibus et sigillis sigillitas, de quarum quidem literarum numero tres literas reales in pergameno scriptas et conscriptas, confirmatorias et approbatorias proventuum et certarum decimarum pro capitulo prelatis et canonicis eiusdem capituli exceptas ex fundacione literarum eiusdem ecclesie Premisliensis ac sigillis predecessorum nostrorum et predicti capituli subappendentibus sigillatas, quas quidem literas predicti domini de capitulo Premisliensi omnibus melioribus modo, via, iure, causa et forma, quibus melius et efficacius potuerint et debuerint, ibidem produxerunt, exhibuerunt et prenotaverunt proponentes et per expressum allegantes, qualiter huiusmodi literas in diversis locis et partibus et presertim in Romana curia pro confirmandis huiusmodi literis per sedem apostolicam, prout hoc ipsum et nostre voluntatis existit, ipsos necessaria habere oporteret, quas eciam per varia loca et magnam distanciam loci deferre satis dixerunt esse pericolosum, quare easdem literas de verbo ad verbum per notarium nostrum publicum infrascriptum transsumi, transscribi, elici et exemplari, ut fidem ubique locorum tam in iudiciis quam extra omnibus facere possit, instanter supplicaverint, quarum quidem literarum prime tenor sequitur in hec verba:

Tutaj następuje dokument Macieja biskupa przemyskiego, w Przemyślu dnia 13. Lutego 1398 r. (powyżej nr. XXVII). Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Et huic litere duo sigilla rotunde sive orbicularis figure de cera alba seu communi ad tergum, ad faciem vero in primo rubei episcopalis in secundo vero viridi capituli ecclesie Premisliensis colorum in pensulis pergameneis subappendentibus, in cuius quidem sigilli primi episcopalis medio imago diademate insignita, capite coronata, stans quasi palio vestita, beatam virginem representans suis in humeris puerum Christum baiulans sub ciborio diversis elevaturis decorato, de sub cuius pedibus quasi caput barbatum supra et infra pilosum uti in disco reportatum Sancti Iohannis Baptiste caput designans sic sculpta apparebant, in circumferencia vero dicti sigilli titulus de literis textualibus talis legebatur: Sigillum Mathie Dei gracia episcopi Premisliensis; in circumferencia vero et in medio secundi sigilli certe imagines sanctorum diadematibus insignite a dextris beatam virginem representantem capite coronatam, clamide velatam et quasi in sede maiestatis sedentem, manu dextera in sinu quasi Christum baiulantem et tractantem, in sinistra vero sceptrum deferentem, secunda vero imago barbata et pilosa stans clamide relata in manu sinistra agnum Dei manu dextera demonstrans et per omnia sculpta apparebant. In circumferencia vero eiusdem sigilli titulus de literis textualibus talis legebatur: Sigillum maius capituli kathedralis ecclesie Premisliensis. Tenor vero secunde litere secundum ordinem de verbo ad verbum sequitur in hunc modum:

Tutaj następuje dokument Macieja biskupa przemyskiego w Krakowie 17. Lipca 1393 r. (powyżej nr. XXII). Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Huic vero litere quoddam sigillum rotunde figure episcopale ab extra de cera communi sive alba ab intra vero de rubea in cordula sericea rubei et viridi colorum subappensum sigillate. Tenor vero tertie litere sub eodem sigillo, prout in precedentibus literis est sufficienter descriptum, de verbo ad verbum sequitur in hec verba:

Tutaj następuje dokument Macieja biskupa przemyskiego w Przemyślu 2. Sierpnia 1406 r. (powyżej nr. XXXIV). Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Post quarum quidem literarum huiusmodi transsumptionem nos Ianussius episcopus prefatus attendentes peticiones prefatorum fratrum nostrorum, prelatorum et canonicorum capituli nostri Premisliensis ac eciam voluntate nostra spontanea ad id accedente fore iustas et consonas racioni, quodque iusta petentibus non est denegandus assensus, visis namque tam dictis literis, quam eciam eorum sigillis veris, iustis et absque omni vitio et suspicione carentibus penitus et omnino ipsas literas, sic (*ut*) premittitur transsumptas, qua propter easdem de verbo ad verbum transsumi, transscribi et cum ipsarum sigillis per omnia describi per nostrum notarium infrascriptum publicum mandavimus diligenter; quibus sic transsumptis et transscriptis invenimus ipsarum transsumpta cum literis originalibus

predictis tam in tenore quam in sigillorum descriptione, habita tamen collacione fideli, et easdem per omnia concordare inveni, propter quod volentes et auctoritate ordinaria presentibus decernentes, ut huiusmodi transsumpto literarum predictarum deinceps et in antea hic et ubique locorum tam in iudiciis, quam extra tanta fides adhibeatur, quanta huiusmodi literis originalibus adhibentur (*sic*) sigillatis, si effectualiter per omnia apparerent, quibus omnibus et singulis premissis auctoritatem nostram ordinariam presentibus interponimus et decretum. In cuius rei fidem et testimonium premissorum presens transsumptum aut publicum instrumentum in se continentem (*sic*) per infrascriptum notarium nostrum auctoritate imperiali publicum ac facti huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum scribi et subscribi mandavimus nostrique sigilli appensione iussimus communiri. Datum et actum in curia episcopali habitacionis nostre in stuba minori eiusdem curie in civitate Premisliensi sub anno domini M° CCCC° XXX, indiccione octava, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti, anno ipsius tredecimo, die vero XXI mensis Aprilis, hora terciarum vel quasi, presentibus ibidem discretis et nobilibus viris dominis Clemente rectore ecclesie parochialis de Hozow, Marco Altarista in castro Premisliensi, Iohannes (*sic*) Swayngred Vicario ecclesie predicte Premisliensis ac Swantoslawo de Kagowa, Nicolao de Swynky heredibus, armigeris terre Russie diocesis Premisliensis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. N.*)

Et ego Petrus Iacobi de Premislia, clericus Premisliensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius ac huiusmodi facti coram prefato venerabili in Christo patre et domino domino Ianussio Dei gracia episcopo Premisliensi prelibato et quia predictarum literarum huiusmodi exhibicioni presentacioni, peticioni et earundem transsumpcioni ac decreti interposicioni omnibusque aliis et singulis premissis dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, coram prefato domino episcopo unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri, vidi et audivi, ideo predescriptas huiusmodi literas de mandato prefati domini episcopi per alium fidelem notarium me aliis prepedito negociis de verbo ad verbum scribi et tanssumpmi ac exemplari, nichil addens vel minuens, quod sensum aut facti substanciam in aliquo immutat, viciat aut variaret intellectum, procuravi et quia

---

[1]) W znaku notaryackim ruskiemi literami napisane: ꙗковидесы.

auscultacione et collacione per me diligenti prehabita presens transsumptum aut publicum instrumentum cum dictis literis originalibus per omnia concordari inveni ideoque me hic manu propria subscribens premissa confeci et publicavi et in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis et consuetis consignavi unacum appensione sigilli prefati domini episcopi Premisliensis roboravi, rogatus et requisitus in fidem et evidens testimonium omnium et singulorum premissorum.

Or. perg. (III. 21). Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta nieco uszkodzona pieczęć biskupa przemyskiego Janusza, której odcisk przedstawia popiersie biskupa w infule i z pastorałem, pod niem herb Doliwa, w otoku zaś napis *S. Janussii Dei gracia* ..... reszta zniszczona.

LIV.

W Przemyślu 22. Kwietnia 1430 r.

Janusz biskup przemyski nadaje kapitule przemyskiej prawo pobierania dziesięciny z powiatu tyczyńskiego w zamian za 800 grzywien monety zwykłej pochodzących z zapisu zmarłego biskupa Macieja, za które zakupiono wójtostwo w Brzozowie.

In nomine domini amen. Inter nostras sollicitudines hec dinoscitur esse non minima, ut fratribus nostris capitulo ecclesie nostre, tamquam corpori, cuius caput divina gracia nos constituit et ipsorum statui de fulcimentis provideamus corporalibus, sine quibus diu spiritualia non subsistunt, proinde nos Ianussius Dei et apostolice sedis gracia episcopus Premisliensis tenore presencium significamus universis, quibus expedit tam presentibus, quam futuris presenciumque noticiam habituris, quod cum venerabiles et honorabiles viri domini decanus, prepositus [1]) prelati et canonici totumque capitulum ecclesie Premisliensis nostre, attendentes bonum fore et utile, ut sedes nostra episcopalis in redditibus et proventibus augeatur nosque et successores nostri magis accomode possemus exequi nobis iniunctum officium pastorale, ac eciam aliis ex certis et racionabilibus de causis ipsos ad id moventibus, comunicato inter se diligenti consilio in capitulo ad invicem maturaque

[1]) W drugim egzemplarzu: *prepositus et.*

frequenti et sufficienti deliberacione prehabita, de consensu et unanimi voluntate omnium ipsorum octingentas marcas pecunie communis monete in regno Polonie decurrentis ipsis dominis et capitulo per pie recordacionis per (*sic*) reverendum in Christo patrem et dominum dominum Mathiam eadem gracia episcopum Premisliensem predecessorem nostrum [1]) karissimum testamentaliter legatas et assignatas nobis propter evidentem utilitatem episcopatus nostri procurandam dederunt et libere donaverunt ad finem et effectum, ut pro eisdem octingentis marcis predictis advocaciam sitam in opido nostro Brzozow communiter dicto cum omnibus suis redditibus, proventibus et emolumentis emeremus, prout pro eisdem octingentis marcis emimus eandem [2]) et comperavimus (*sic*) perpetuo, prout claret in litteris contractus super emptione in districtu Sanocensi nostre dyocesis Premisliensis confectis, quas hic habere volumus pro insertis. Quarum octingentarum marcarum predictarum et earundem huiusmodi donacionis respectu nos Ianussius episcopus Premisliensis predictus moti predictorum fratrum et capituli pyetate nec ullatenus volentes, quod occasione donacionis predictarum octingentarum marcarum nobis facte prefati fratres nostri seu capitulum dispendium paciantur vel in aliqua parte gravarentur in vim gratitudinis et ut in dicta dyocesi nostra ecclesia maior sit residens cultusque divinus amplius in ea [3]) augeatur, ipsis fratribus nostris decano, preposito, canonicis et capitulo nostre ecclesie Premisliensis presentibus et futuris in recompensando gratitudine donacionem predictarum octingentarum marcarum pyetate paterna, que ad thezaurizandum filiis obligatur, decimas omnes episcopales in districtu Tyczenensi nostre dyocesis de omnibus agris spectantibus ad dictum oppidum Tyczenense et in villis universis et singulariter singulis in eodem districtu Tyczenensi constitutis nec non in Blaszowa [4]) domini Lunak subpincerne Sandomiriensis ac in Rokythnicza [5]) villis, sive sint agri nobilium, sive advocatorum, scultetorum vel kmethonum, presentes et futuras de agris cultis et nondum ad culturam redactis et de quibuscumque opidis, castris et villis in predicto districtu edificatis aut edificandis, locatis vel locandis ad nos iure dyocesano pertinentibus aut in presenciarum vel in futurum spectantibus cum ipsarum novalibus presentibus et futuris ac omnibus accrescentiis donamus, tradidimus (*sic*) et assignamus perpetuo et irrevocabiliter habendas, tenendas, colligendas, vendendas, possidendas et in utilitatem ipsorum convertendas, ac presentibus damus dictis

[1]) Niema w drugim egzemplarzu.

[2]) Niema w drugim egzemplarzu.

[3]) W drugim egzemplarzu *in ea amplius.*

[4]) Blazowa miasteczko w powiecie strzyżowskim.

[5]) Rokitnica wieś w powiecie jarosławskim.

nostris et assignamus fratribus, [1]) decano, preposito, canonicis, capitulo presentibus et futuris nunc existentibus et futuris eosdem et easdem capitulo applicantes a nobisque et nostris successoribus ius percipiendi dictas decimas penitus abdicantes ac totum ius, quod habuimus in decimis et bonis universis predictis in dictum capitulum transfundentes; statuentes nichilominus et firmiter iniungentes omnibus et singulis castelanis, advocatis, opidanis, scultetis et kmethonibus ceterisque omnibus et singulis nobilibus et aliis cuiuscunque condicionis fuerint, qui iure constitutionis divine aut humane aut alias quomodolibet ad dandas decimas obligati censentur aut in futurum censerentur, quatinus eisdem fratribus nostris decano et fratribus nostris canonicis Premisliensis ecclesie presentibus et futuris ex nunc et in antea sub cominacione divini iudicii integraliter respondeant ipsisque et nulli alteri respondere perpetuo teneantur et sint astricti et si forsan prefatos castellanos, advocatos, opidanos, scultetos et kmethones decimatores huiusmodi ac censuarios et reddituarios et alios quoscunque tributarios vel alias quovismodo ipsis capitulo nostre dyocesis subiectos et annexos in premissis vel in aliquo premissorum rebelles, contradictores aut impedientes existere contingat, in eosdem decimatores, censuarios et reddituarios et alios quovismodo subiectos in omnesque alios et singulos supradictos vel, si qui in predictis vel aliquo predictorum contradictores, impedientes seu rebelles [2]) impedimenta fecerint vel aliquod impedimentum contradictoribus vel impeditoribus prestiterint consilium, auxilium vel favorem, nos Ianussius eadem gratia episcopus Premisliensis prefatus vobis supradictis dominis et fratribus nostris carissimis decano, preposito, canonicis, capitulo ecclesie nostre Premisliensis predicte aut procuratori seu provisori nostro generali per vos legitime constituto exnunc prout extunc et extunc prout exnunc damus, concedimus et largimur omnimodam potestatem ac plenam perfectamque auctoritatem nostram ordinariam in predictos aut [3]) quemlibet ipsorum exercendi censuram occasione premissorum monitione aut citacione previa, omnes et singulos ac quoscunque processus excommunicacionum, aggravacionum et reaggravacionum ac demum cum suis participibus et interdicti sentencias et alias quascunque de iure et ab homine latas et ferendas in scriptis exequendi, promulgandi, ferendi et eciam fulminandi nec non ab huiusmodi sentenciis fulminatis aut quovis modo decretis totiens, quotiens opus et necesse fuerit, absolvendi et si opus fuerit iterum in pristinas sentencias reducendi proviso, quod iuris ordo, ubi merito servandus est, in his exequendis et pertractandis semper per vos dominos, capitulum aut vestrum procuratorem, ut premissum est, semper observetur partibus iusticia ministrando. Hanc autem nostram donacionem et concessionem

---

[1]) W drugim egzemplarzu: *damus et assignamus dictis nostris fratribus.*

[2]) W drugim egzemplarzu wyrazu tego nie ma.

[3]) W drugim egzemplarzu: *et.*

sic, ut premittitur, per nos factam et alia, que vobis circa talia expedire videbuntur, vestre discrecioni committimus pertractanda; promittimus eciam, quod excommunicatos pro rapinis vel rebellione qualibet dictarum decimarum et iurium atque bonorum predictorum per capitulum vel [1]) procuratorem capituli nequaquam absolvemus, sed remittemus ad capitulum absolvendos. Insuper nos Ianussius episcopus prefatus prefatam nostram huiusmodi [2]) donacionem et largicionem predictis fratribus et capitulo nostris factam, peticionibus ipsorum acclinati, volentesque ipsorum dominorum fratrum nostrorum et capituli nostri Premisliensis bonam voluntatem efficaci proposito commendare huiusmodi donacionem supra-scriptam ac de verbo ad verbum conscriptam, prout stat in scriptis, ac alias quascunque donaciones, suffragaciones, etiam litteras, privilegia et quecunque alia munimenta, confirmacionem et affirmacionem per nos et predecessores nostros ipsis dominis et capitulo amplianda et precipue decimas omnes et singulas sub quocumque nomine dantur vel alias dabuntur in pecuniis seu manipulatim in districtibus Rrzeschow (*sic*), Lanczuth, Iaroslaw ·.· ·.· ·.· ·.· in Prochnyky, Przeworsko et in civitate Przemisliensi et suburbio eiusdem de omnibus et singulis agris spectantibus et quomodolibet pertinentibus ad predictos districtus coniunctim et divisim, sive sint agri nobilium, advocatorum, scultetorum, opidanorum et [3]) kmethonum, presentes et futuros ac de agris cultis et nondum ad culturam redactis et de quibuscumque opidis, castris, in villis in predictis districtibus edificatis vel edificandis, locatis vel locandis ad nos iure dyocesano pertinentibus cum ipsorum novalibus presentibus et futuris ac omnibus accrescenciis et alias ad prefatos dominos, decanum, prepositum, canonicos, capitulum nostrum Przemisliense quomodolibet spectantibus ex certa sciencia ratificamus, gratificamus, confirmamus et approbamus, decernentes huiusmodi decimas ac census seu redditus aut proventus huiusmodi ipsorum subiacere libertati et nichilominus donacionem ipsam nec non et alias quascunque litteras, privilegia in quibuscunque formis donata aut simul appropriata dicto capitulo et fratribus vel aliquibus ex fratribus existunt, ut premissum est, supra robur obtinere perpetue decernimus firmitatis. In quorum omnium et singulorum ac evidens testimonium promissorum sigillum nostrum maius sub appensione huiusmodi littere seu [4]) privilegio iussimus communiri. Actum et datum in civitate Premisliensi in curia episcopali habitacionis nostre die Sabbato proximo ante festum sancti Georgii anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo, presentibus [5])

---

[1]) W drugim egzemplarzu: *et.*

[2]) W drugim egzemplarzu: *huiusmodi nostram.*

[3]) W drugim egzemplarzu nie ma.

[4]) W drugim egzemplarzu nie ma dwóch ostatnich wyrazów.

[5]) W drugim egzemplarzu: *presentibus ibidem.*

nobilibus viris, dominis Dobeslao de Sprowa Subcamerario terre Russie generali, Petro de Grochowcze Iudice Premisliensi, Vankone Advocato Premisliensi, Nicolao Swynka de Swynky heredibus armigeris terre Russie et discretis Marco Altarista altaris sancti Georgii in castro Premisliensi, Clemente ecclesie parrochialis Rectore Hoczow [1]) ac Caspero, Henczlyno, Iasskone, Petrlyno Consulibus civitatis Premisliensis eiusdem dyocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Dokument ten znajduje się w dwóch pergaminowych egzemplarzach w archiwum kapituły przemyskiej obrz. łać. pierwszy dokument (A. 33) ze śladami niegdyś przy nim zawieszonej pieczęci, drugi (A. 32) z odciętą zagiętką i także śladami niegdyś zawieszonej pieczęci. Text dwóch tych dokumentów różni się tylko drobnemi szczegółami. Za podstawę powyższego wydania wzięto dokument pierwszy, podając z drugiego odmianki. Prócz tego istnieje dokument ten jeszcze w temże samem archiwum w oryginalnem potwierdzeniu papieża Eugeniusza IV. z r. 1432 opisanem i podanem poniżej nr. LVIII. Text powyższego przywileju podany w tem potwierdzeniu zgadza się co do litery z textem egzemplarza pierwszego, z czego wynika, że ten a nie drugi przedłożono do potwierdzenia w kancelaryi papieskiej.

LV.

W Przemyślu 23. Maja 1431 r.

Janusz biskup przemyski nadaje Świętosławowi z Gagowy wójtostwo w mieście Radymnie i przenosi je z prawa krajowego na prawo magdeburskie.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam humana condicio oblivionis defectui subiecta nequit ea, que aguntur, per longiora temporum curricula in memoria integraliter conservare, nisi litterarum apicibus et testium annotacione firmiter fuerint perhennata, proinde nos Ianussius Dei gracia episcopus Premisliensis significamus tenore presencium, quibus expedit, universis tam presentibus, quam futuris presencium noticiam habituris, quod attendentes solicita consideracione grata serviciorum merita nobilis Swanthoslai heredis de Gagowa [2]), que nobis et ecclesie nostre Premisliensi fideliter constanterque exhibuit et in futurum aucto fidelitatis studio ad nostra et ecclesie nostre predicte servicia exhibebit se continuo prompciorem, horum igitur et aliorum suorum laudabilium obtentu meritorum, volentes ipsum Swanthoslaum consolari participio premiorum et ad

[1]) W drugim egzemplarzu: *Clemente rectore parochialis ecclesie de Hoczow.*

[2]) W transsumcie: *Gogawi.*

servicia huiusmodi nostra et ecclesie nostre reddere prompciorem, habito consilio et consensu venerabilium fratrum nostrorum capituli eclesie Premisliensis memorate, prefato Swanthoslao et suis successoribus legittimis advocaciam in civitate nostra Radymna in districtu Premisliensi fundata et situata cum omnibus et singulis utilitatibus et fructibus, proventibus, redditibus, agris, pascuis, obvencionibus, pertinenciis et appendiis universis ad ipsam advocaciam quomodolibet spectantibus, quibuscunque nominibus censeantur, iure hereditario dedimus, contulimus, donavimus, damusque, conferimus et donamus donacione perpetua et irrevocabili temporibus perpetuis duraturis per ipsum Swanthoslaum suosque legittimos successores tenendam, habendam, possidendam, utifruendam, vendendam, commutandam, obligandam, alienandam et perpetue, libere ac pacifice obtinendam et in usus suos voluntarios convertendam, prout sibi et eius heredibus legittimis melius et utilius videbitur expedire; constituentes eundem Swanthoslaum et suos successores legittimos predicte advocacie veros et legittimos possessores; appropriantes eidem Swanthoslao et suis heredibus ac ipsius successoribus legittimis in suburbio eiusdem civitatis Radymna tres laneos et extra suburbium in loco Skoloschow [1]) dicto duos laneos liberos necnon unum molendinum paratum cum piscina sub curia olim nostra in predicto suburbio sita. Inferius vero molendino premisso alia molendina construendi cum istrumentis follusche dictis, quanto plura et ubicunque poterit, eidem Swanthoslao et suis successoribus legittimis plenam damus potestatem. Eciam unum locum vulgariter Nouanyeczecza nuncupatum unacum decem ortulanis cum omnibus eorum censibus superius taberne antique versus eclesiam parrochialem in prenarrato suburbio asscribimus et appropriamus eidem Swanthoslao et suis successoribus legittimis. Damus eciam dicto Swanthoslao et eius heredibus liberam facultatem construendi unum molendinum pro sua utilitate in flumine Saan, in quo molendino cuiuslibet grani frumenta per cives et suburbanos civitatis memorate libere moli possunt; piscatorem denique liberum unum in dicto flumine Saan ipse Swanthoslaus advocatus et sui successores habere potest pro sua necessitate; unum quoque balneum liberum de novo construendi in civitate iam dicta, in quo omnes incole sexus utriusque civitatis et suburbii predictorum tenentur balneari, omnimodam concedimus facultatem; omnia insuper maccella carnificum, omnesque et singulas bancas alias iathki sutorum, sartorum, textorum, fabrorum, lanificum, seratorum, pannicidarum ac omnium et singulorum, quibuscumque nominibus appellentur, artificum et mechanicorum in ipsa civitate Radymna et suburbio eius habitancium, necnon prata inferius civitatem penes flumen Saan usque ad prata plebani prenominato Swanthoslao advocato suisque successoribus legittimis appropriamus. Ceterum

---

[1]) Skołoszów wieś w powiecie radymieńskim do biskupstwa przemyskiego należąca.

ipse advocatus et sui successores posteri sextam marcam de censu omnium laneorum solubilium, sextum truncum avene, sextum pullum, sextum ovum et sextum caseum, tertium eciam denarium penarum et de qualibet re iudicata perpetue habebunt et habere debebunt, reliquis pro nobis et nostris successoribus reservatis. Insuper prenarrato advocato et suis succedaneis omnia et singula ferarum genera venandi cum canibus et retibus seu quocunque alio instrumento, atque aves capiendi cum accipitribus et nisis nec non cum ceteris instrumentis liberam perpetuamque damus et concedimus facultatem. Volentes eciam dicte nostre civitatis Radymna condicionem facere meliorem advocato omnibusque et singulis civibus et incolis civitatis predicte omnia genera lignorum tam robora ad edificandum tam ad cremandum intra granicies ipsius ac etiam in silvis ex utraque parte fluminis Saan excidendi et educendi liberam et perpetuam damus potestatem. Concedimus denique omnibus et singulis civibus memorate civitatis sedecim annorum a die date presencium immediate continue se sequencium libertatem, absolventes eos et eorum quemlibet ab omnibus laboribus et serviciorum oneribus, solucionibus et quibuscunque exaccionibus stante huiusmodi libertate. Volumus quoque et tenore presencium decernimus, ut quilibet suburbanorum et incolarum suburbii Radymna de quolibet laneo solubili locato vel locando nobis et nostris successoribus singulis annis quatuor dies temporibus perpetuis laborare sit asstrictus, unam diem annonas estivales, aliam fruges yemales seminare, aracione premissa, et ipsas metere et ad horreum nostrum ducere et importare, duas autem dies fenum falcastrare et ipsum falcastratum pro nobis congregare et eciam acervare debet et tenetur. Cives vero, qui laneos in loco Skoloschow tenebunt, ab huiusmodi laboribus omnino liberamus et facimus absolutos. Pro censu autem unam marcam pecunie communis et sex grossos Polonicales racione decime mense nostre episcopalis prefati suburbani et ceteri incole de quolibet manso solubili et etiam alia iuxta consuetudinem aliarum civitatum in terra Russie in iure Thewtunico locatarum singulis annis ad festum sancti Martini nobis et nostris successoribus perpetualiter ad solvendum obligantur. Asscribimus preterea et appropriamus prenominate civitati et ipsius civibus duos laneos liberos pro eorum gregibus et peccoribus pellendis. Omnem itaque censum ortorum penes civitatem per ipsos cives de novo constructorum vel construendorum pro ipsis consulibus, qui pro tempore fuerint, pro melioracione civitatis supradicte Radymna volumus applicari. Damus quoque plebano dicte civitatis, quicunque pro tempore fuerit, eviterne duos laneos liberos et unum pratum cum lacubus circumiacentibus in loco, Schczvpliska [1]) communiter dicto, cui plebano de quolibet laneo possesso unum truncum siliginis et totidem avene singulis annis ad festum sancti

---

[1]) W transsumcie z r. 1432 *Chrupliska.*

Martini necnon alia iura eclesie secundum consuetudinem aliarum civitatum vicinarum decernimus fore solvendum. Preterea omnibus et singulis tam suburbanis quam civibus civitatis sepedicte in quibuscunque molendinis voluerint molere videlicet nostris aut ipsius advocati omnia genera frumentorum necnon pascendi porcos et peccora eorum in silvis glandinibus faginulis dicte civitatis plenam concedimus libertatem. Item foralia alias Targowe eidem advocato damus exigenda Volentes equidem predictam nostram civitatem Radymna in auccionem populi sincerius confovere, ipsam de iure Polonico, Ruthenico et quovis alio in ius Thewtunicum, quod Maydburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum, removentes ibidem omnia iura Polonicalia, Ruthenicalia et quevis alia, modos et consuetudines universas, que plerumque ipsum ius Thewtunicum consueverunt et sunt solita perturbare. Eximimus, absolvimus et perpetuo liberamus advocatum ac omnes et singulos dicte civitatis cives et incolas ab omni iurisdiccione et potestate quorumlibet iudicum et eciam nostrorum officialium, ut coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis tam parvis quam magnis, puta furti, incendii, sanguinis, homicidii, membrorum mutilacionis et quibusvis enormibus excessibus citati minime respondebunt, sed tantum predicte civitatis cives et incole coram ipsorum advocato et advocatus vero (*coram*) nobis aut successoribus nostris atque septem advocatis, viris ydoneis et honestis. Dum tamen per litteram nostram nostro sigillo sigillatam evocatus fuerit et citatus, tunc non aliter quam suo iure Maydburgensi de se querulantibus respondere sint asstricti. In causis autem criminalibus et capitalibus memorate civitatis advocatus in metis et graniciebus eiusdem iudicandi, sentenciandi puniendi, corrigendi, plectendi, rotandi, decollandi et condemnandi plenam habere (*debet*) et sibi tenore presencium omnimodam concedimus facultatem, prout hoc ipsum dictum ius Thewtunicum in omnibus suis punctis, articulis, clausulis, condicionibus, sentenciis postulat et requirit. Pro servicio autem prenarratus advocatus et eius posteri nobis et successoribus nostris ad quamlibet expedicionem generalem cum una hasta et duobus balistariis in equis bene valentibus servire obligatur, ita tamen dum nos aut successores nostri ad huiusmodi expedicionem corporaliter proficiscemur aut quempiam loco nostri dirigemus. De aliis autem omnibus serviciorum oneribus et oppressionibus atque depactacionibus universis, quibuscunque dicantur nominibus, idem advocatus et sui successores liberi esse debent penitus et exempti. Non prius eciam prelibatus advocatus et posteri eius ad huiusmodi expedicionem servire debent, quam pretacta sedecim annorum libertate expirata. In cuius rei testimonium et evidenciam clariorem omnium et singulorum premissorum nostrum et antedicti capituli Premisliensis sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Premislie feria quarta proxima post festum Penthecostes anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo, presentibus reverendo in Christo patre domino Iohanne Dei gracia Episcopi Chelmensi, necnon venerabilibus, honorabilibus, strenuis et nobilibus

viris dominis Wladislao de Opporow Decretorum Doctore necnon sancti Floriani extra muros Cracouie et Lanciciensis eclesiarum Preposito, regni Polonie Vicecancellario, Francisco Decano, Benedicto Preposito, Iohanne Wlmari Cantore, Iohanne Adolphi Custode, Prelatis, Philippo Cleyndinst, Petro Byechka et Frederico Canonicis eclesie Premisliensis capitulariter congregatis, Dobeslao de Sprowa Subcamerario terre Russie, Hriczkone Kerdeiowicz de Pomorzany Capitaneo Chelmensi, Stanislao de Dawidow Iudice Leopoliensi, Senkone de Sennow, Nicolao (*de Swynki et aliis fidedignis*) testibus circa premissa.

Or. perg. (II. 7). Służył zdaje się, dawniej za oprawę jakiejś książki, skutkiem czego pismo miejscami znacznie wytarte i dolny brzeg tak obcięty, że ostatni wiersz i wszelkie znaki pieczęci uległy zagładzie. Prócz tego istnieje jeszcze dokument ten w transsumcie Władysława Jagiełły (II. 8), według którego ostatnią łukę uzupełniono.

LVI.

W Rzymie 2. Sierpnia 1431 r.

Ludwik de Garsiis doktor dekretów i kanonik bonoński, zawiadowca audytoryatu papieskiego, zwalnia z ekskomuniki biskupa przemyskiego i jego kapitułę.

Noverint universi et singuli presentes litteras inspecturi, quod nos Ludouicus de Garsiis, decretorum doctor, canonicus Bononiensis, officium auditoriatus curie causarum cancelarie apostolice regens die data presencium absolvimus iuxta formam ecclesie consuetatam (*sic*) ac restituimus communem fidelium participacionem ecclesiasticorum sacramentorum et sancte matris ecclesie unitati reverendum in Christo patrem dominum Ianussium episcopum ac venerabiles et discretos viros dominos Benedictum prepositum, Wolmarum cantorem, Petrum Bechka, Iohannem Adolphi et Fredericum prelatos et canonicos ac capitulum ecclesie Przemisliensis in personam discreti Clementis Nicolai notarii ac rectoris ecclesie parochialis in Prochnick Przemisliensis diocesis, procuratoris ipsorum dominorum Ianussii episcopi, Benedicti prepositi, Wolmari cantoris, Petri Bechka, Iohannis Adolphi et Frederici prelatorum et canonicorum ac capituli ecclesie Przemisliensis predicte, pro eis id humiliter implorantes a quibusdam excommunicacionum et suspensionum a divinis sententiis in eosdem dominos et ipsum capitulum auctoritate dicte curie latis et quas incurrerunt, quia fuerunt in mora solvendi honorabili viro Eduardo Ganginotti de Torraquintis mercatori Florentino et eius sociis in una triginta et alia manibus quadraginta

florenorum auri de camera boni et iusti ponderis. In quibus ipsi domini eidem Eduardo mercatori et eius sociis ex causa legithima existunt efficaciter obligati pro eo, quia idem dominus Clemens Nicolai procurator nomine quo supra de stando et parendo mandatis sancte matris ecclesie dicteque curie et nostris ad mandatum nostrum et in nostris manibus tactis corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei ewangelia solitum prestitit iuramentum et eciam ex eo, quia honorabilis vir Andreas Cambini mercator Florentinus in Romana curia ipsius Eduardi mercatoris et eius sociorum successor sive socius in absolucione huiusmodi sub certis modis et formis in actis dicte curie annotatis suum assensum prebuit liberalem pariter et consensum. Quapropter universis et singulis quorumcunque locorum in spiritualibus vicariis generalibus seu officialibus nec non presbyteris et capellanis curatis et non curatis, vicariis perpetuis, beneficiatis et clericis quibuscumque per quascumque provincias, civitates et eorum dioceses ac alias ubilibet constitutis damus tenore presencium districtius in mandatis, quatenus ipsi vel eorum alter, ubi prout quotiens et quando expediens fuerit et fuerint requisiti, prelibatos dominos Iannncium (*sic*) episcopum ac Benedictum prepositum, Wolmarum cantorem, Petrum Bechka, Iohannem Adolphi et Fredericum prelatos et canonicos ac capitulum dicte ecclesie Przemisliensis sic per nos, ut premittitur, absolutos et restitutos ac absolutum et restitutum publice nunciant vel faciant publice nunciari. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde fieri et sigilli proprii dicte curie, quo utimur, fecimus appensione communiri. Datum Rome in domo habitacionis nostre sub anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo, indiccione nona, die Iovis, secunda mensis Augusti, hora terciarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providencia pape quarti anno primo.

Or. perg. (A. 35), pieczęć wraz z paskiem zaginęła. Z lewej strony pod zagiętką tą samą ręką co dokument: *Rodolphus Baten notarius.* Z prawej strony pod zagiętką: *tax. f. VIII. In. Reges.* Na odwrotnej stronie: *R. (registratum).*

LVII.

W Sieradzu 3. Maja 1432 r.

Władysław Jagiełło potwierdza w całej osnowie przywilej biskupa przemyskiego Janusza z dnia 23. Maja 1431 r., w którym tenże nadaje Świętosławowi z Gagowy wójtostwo w mieście Radymnie.

In nomine Domini Amen. Ad pertuam (*sic*) rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus in posterum pariat detrimenta, alta regum et principum decreverunt consilia, ea litterarum apicibus et testium annotacione perhennare, ne lapsu temporis evanescant, proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Lithwanieque princeps suppremus, Pomeranie Russyeque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo pro parte nobilis Swyanthoslai de Gogawi [1]) oblata nobis peticio continebat, quatenus eidem quoddam privilegium reverendi patris domini Ianussii episcopi Premisliensis super advocacia in Radympna confirmare, ratificare, innovare et approbare dignaremur. Cuius privilegii tenor sequitur in hec verba:

Tu następuje sam przywilej (nr. LV) w transsumcie z różnemi drobnemi niedokładnościami przepisany, poczem następuje:

Nos itaque peticionibus dicti Swyanthoslai tamquam iustis et racionabilibus benigniter annuentes, prescriptum privilegium iamdicti episcopi Premisliensis in omnibus suis punctis, condicionibus, articulis et clausulis ratificamus, innovamus, confirmamus, gratificamus et approbamus tenore presencium mediante, decernentes ipsum robur optinere (*sic*) perpetue firmitatis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Syradie Sabbato in festo Invencionis sancte Crucis anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Alberto Gneznensi Archiepiscopo et Primate, Sbigneo Episcopo Cracouiensi, necnon magnificis Nicolao de Michalow Castellano Cracouiensi, Sandziwogio de Ostrorog Poznaniensi, Iohanne

[1]) W oryginale dokumentu biskupa Janusza wieś ta nazwana jest: *Gagowa*.

de Lichin Brestensi et Stiborio de Borzislauicze Lanciciensi Palatinis et aliis fidedignis. Datum per manus reverendi patris domini Iohannis Episcopi Wladislauiensis Cancellarii et venerabilis Wladislai de Opporow decretorum Doctoris, Decani Cracouiensis etc., Vicecancellarii regni Polonie, sincere nobis dilectorum.

Or. perg. (II. 8), pieczęć ze sznurkiem zaginęła. Dokument ten oblatowano w grodzie sanockim 22. Lutego 1774 r.

LVIII.

W Przemyślu 14. Lipca 1432 r.

Janusz biskup przemyski, doktor dekretów, i kapituła przemyska potwierdzają sprzedaż wójtostwa w mieście Radymnie przez Świętosława z Gajowy na rzecz Paszka Gołąbka z Zamiechowa za 350 grzywien.

In nomine domini Amen. Nos Ianussius Dei gracia episcopus Premisliensis, decretorum doctor, significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo ad nostram venerabiliumque et honorabilium dominorum fratrum nostrorum Francisci de Orzek decani, Benedicti prepositi, Iohannis Wlmari cantoris, Philippi Kleyndinst, Petri Byechka, Friderici et Stanislai Herpischka canonicorum tociusque capituli ecclesie nostre Premisliensis veniens presenciam nobilis Swanthoslaus heres in Gagowa recognovit, se vendidisse ac vendidit advocaciam suam, quam habuit et possedit in civitate nostra Radympna cum omni iure et dominio, prout in privilegio eiusdem advocacie plenius continetur [1]), nichil pro se penitus reservando, pro tricentis et quinquaginta marcis communis pecunie monete et numeri Polonicalium nobili domino Paschkoni Golambek heredi in Zamechow per ipsum Paschkonem et suos successores legitimos tenendam, habendam, vendendam, commutandam et in usus proprios, prout sibi et suis succedaneis legitimis expedire videbitur, convertendam, petens instanter eandem vendicionem per nos et prefatos venerabiles et honorabiles dominos prelatos et canonicos totumque capitulum ecclesie nostre predicte ratificari, confirmari et approbari, nostramque et dicti capituli voluntatem apponi et consensum. Nos itaque prenominati Swanthoslavi peticionem attendentes fore iustam et racioni consonam, habito maturo super hoc consilio cum memoratis dominis prelatis et canonicis ac toto capitulo

[1]) Porównaj powyżej nr. LV.

ecclesie predicte sufficienti deliberatione previa eiusdem capituli ad hec voluntate accedente, huiusmodi vendicionem advocacie antedicte ratam habentes atque gratam, ipsam vendicionem ratificamus, gratificamus, approbamus et presentis scripti patrocinio communimus, volentes eam robur perpetue firmitatis obtinere, ita quod prenominatus Paschko Golambek et sui successores legitimi memoratam advocaciam sic emptam habebunt, tenebunt, possidebunt et utifruentur temporibus perpetuis cum omnibus iuribus, proventibus, pertinenciis et appendiis universis, que in privilegio eiusdem advocacie lacius continentur seu describuntur. Quod privilegium idem Paschko Golambek cum suis posteris debet tenere firmiter ac inviolabiliter observare cum omnibus et singulis dicti privilegii articulis, clausulis, sentenciis atque punctis. Damus insuper eidem Paschkoni Golambek et suis posteris plenam licenciam atque potestatem prefatam advocaciam vendendi, commutandi nostra prius ad id vel nostrorum successorum et capituli Premisliensis obtenta licencia voluntate pariter et consensu. In cuius rei testimonium presentes ratificacionis nostre litteras nostri et capituli Premisliensis predicti sigillorum munimine iussimus communiri. Actum et datum Premislie feria secunda in crastino festi beate Margarethe virginis gloriose anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo, presentibus nobilibus et providis viris dominis Petro de Grochowcze Iudice Premisliensi, Conrado in Cusschenicze, Georgio in Wyssaticze, Michaele in Wapowcze, Marcussio in Tarnahuowicze heredibus, Wankone advocato Premisliensi et Iacobo Raws de ibidem et aliis pluribus testibus fidedignis circa premissa.

Or. perg. (II. 9). Po dwóch pieczęciach, z których jedna zawieszona była na sznurku jedwabnym koloru czerwonego, druga na takimże sznurku koloru czerwonego, zielonego i niebieskiego, pozostały tylko sznurki. Na odwrotnej stronie: *Litera venditionis advocacie in Radympna nobilis Swanthoslai heredis in Gayow.*

LIX.

W Rzymie 4. Listopada 1432 r.

Papież Eugeniusz IV. zatwierdza przywilej Janusza biskupa przemyskiego z r. 1430.

Eugenius episcopus servus servorum dei. Ad futuram rei memoriam. Ex debito ministerii pastoralis, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus ad ea, per que ecclesiarum presertim cathedralium et illis presidentum ac nobis et apostolice sedi devotarum personarum statui et indemnitatibus consulitur, libenter intendimus et

iis, que propterea processisse comperimus, ut illibata persistant, cum a nobis petitur, apostolici muniminis adiicimus firmitatem. Sane pro parte venerabilis fratris nostri Ianussii episcopi Premisliensis ac dilectorum filiorum . . decani, . . prepositi et capituli ecclesie Premisliensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum olim decanus, prepositus et capitulum predicti episcopo prefato, ut advocaciam opidi Brzozow Premisliensis diocesis cum omnibus suis redditibus, proventibus et emolumentis ad opus eiusdem ecclesie emeret, octingentas marchas pecunie communis monete in regno Polonie currentis eis per bone memorie Mathiam episcopum Premisliensem legatas libere donassent, prefatus Ianussius episcopus eos gratitudinis officio confovere volens, ipsis omnes decimas episcopales presentes et futuras ac ad episcopum Premisliensem pro tempore existentem iure ordinario spectantes de quibusvis cultis et nondum ad culturam redactis agris in districtu opidi Ticzenensis dicte diocesis nec non in villis universis in eodem districtu consistentibus et in Blaszowa domini Lunak subpincerne Saudomiriensis ac in Rokythnicza sive nobilium vel advocatorum, scultetorum et kmetonum fuerint ac de quibuscumque opidis, castris et villis ipsius districtus cum novalibus et accrescentiis earundem decano, preposito ac capitulo predictis donavit, tradidit et assignavit, ius eas percipiendi suis successoribus penitus abdicando ac in capitulum huiusmodi transfundendo, statuens et firmiter iniungens omnibus et singulis castelanis, advocatis, opidanis, scultetis, nobilibus et kmetonibus nec non aliis cuiuscunque conditionis sint, qui ad solutionem decimarum huiusmodi obligati fuerint, ut de illis decano, preposito et capitulo predictis respondeant ipsisque decano, preposito et capitulo nec non eorum procuratori seu provisori generali plenam omnimodamque potestatem et auctoritatem ordinariam dedit atque concessit in predictos oppidanos, scultetos et kmetones super premissis decimis vendicandi, censuras exercendi nec non habendos desuper processus aggravandi, reaggravandi ac exequendi et a censuris huiusmodi absolvendi, nonnullis adiectis aliis, prout in litteris auctenticis desuper confectis, ipsius Ianussii episcopi sigillis munitis et quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, prospicitur latius contineri. Quare pro parte Ianussii episcopi ac decani, prepositi et capituli predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut donationi, traditioni, assignationi, abdicationi, transfusioni, statuto et concessioni predictis nec non aliis in litteris huiusmodi contentis pro illorum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque predictis supplicationibus inclinati, donationem, traditionem, assignationem, abdicationem, transfusionem, statutum nec non concessionem et contenta huiusmodi nec non quecumque inde secuta rata habentes et grata, illa auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus supplentes omnes defectus, si qui forsitan intervenerint, in eisdem. Tenor vero litterarum huiusmodi talis est:

Tu następuje przywilej biskupa Janusza (nr. LIV). Potwierdzenie brzmi następnie:

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, communitionis et suppletionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo secundo pridie Nonas Novembris, pontificatus nostri anno secundo.

Or. perg. (A. 36). Na jedwabnym czerwono żółtym sznurku zawieszona bulla papieża Eugeniusza IV. Na zagiętce z prawej strony, poniżej dokumentu: *pro Cincio* a pod tem: *Jo de Nursia*; pod zagiętką z lewej strony: *LX.*
A. Fidelis
G. Petri

Na odwrotnej stronie *Rta* (*registrata*).

LX.

W Rzymie 4. Listopada 1432 r.

Papież Eugeniusz IV. zatwierdza niektóre rozporządzenia i układy Macieja biskupa przemyskiego dotyczące praw, dochodów i ustroju kapituły przemyskiej.

Eugenius episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Desiderantes ab intimis ecclesiarum presertim cathedralium et personarum earundem salubriter dirigi ac invalescere statum libenter cum opus intenditur, ad id opem et operam porrigimus, ut ea, que pro ecclesiarum et personarum ipsarum indemnitatibus provida deliberatione gesta conspiciuntur appostolico, ut decet, illis adiecto munimine iugi persistant firmitate, sane pro parte dilectorum filiorum . . decani, . . prepositi et capituli ecclesie Premisliensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim postquam bone memorie Ericus episcopus Premisliensis huiusmodi capitulo decimas cum novalibus in certis districtibus tunc expressis, nec non villam Pnikolt Premisliensis diocesis, donarat et assignarat, statuens et ordinans inter alia, ut omnes prelati et canonici dicte ecclesie simul habitarent, ac de una coquina et in mensa communi viverent, annis eligentes singulis in festo sancti Remigii unum prepositum seu singularem procuratorem, qui eis anno tunc sequenti de cibis et potibus, collectis, decimis, censibus et aliis obventionibus provideret, venerabilis

frater noster Mathias episcopus Premisliensis ordinationem huiusmodi diversis ex causis non posse subsistere recensens, illam de dictorum capituli consilio et assensu revocavit, cassavit et irritavit, areas quoque seu fundos et aliqua tunc constructa edificia pro dictorum canonicorum habitatione in circuitu prefate ecclesie de suis pecuniis emens, voluit, ut illorum bini et bini, donec ipsius ecclesie melior dispositio et fructuum excrescentia succederent, excepto decano predicto, simul edificarent et habitarent ac se mutuo iuvarent; ipsorumque fundos, areas et possessiones certo modo divisit ac eisdem canonicis assignavit, adiiciens, quod quilibet ex ipsis canonicis volens inhabitare domum sumptibus eius predecessoris inibi constructam, ante omnia predecessori, vel si dictus predecessor id optaret, capitulo huiusmodi congrue satisfaceret, ac ordinatio premissa alias in suo robore permaneret. Rursus quoque dictus Mathias episcopus quandam de certis tabernis etiam per eundem Ericum episcopum prefatis (*sic*) capitulo factam donationem nonnullis rationabilibus subsistentibus causis revocans ac se de tabernis ipsis intromittens, in earum recompensationem omnes decimas episcopales presentes et futuras cum ipsarum novalibus et accrescentiis in districtu Iaroslawiensi, dicte diocesis de omnibus cultis et nondum ad culturam redactis agris ad castrum et opidum in Iaroslawia, in Priworska, in Nouaszedlicz et in Ostrow eiusdem diocesis spectantibus sive nobilium, advocatorum, scultetorum et kmethonum fuerint et de quibuscunque oppidis, castris et villis in predicto districtu pro tempore consistentibus, et attendens ipse Mathias episcopus, quod capitulum huiusmodi allodium ipsorum prope Premisliam sibi nec non suis inibi successoribus dederant, cupiens eis uberius providere decimas ad mensam episcopalem Premisliensem pertinentes in partibus Russie nec non Zyrawitza, Ostrow, Cussynice, Wiszathycze dicte diocesis villarum mense capitulari dicte ecclesie et huiusmodi capitulo donavit et assignavit nonnullis adiectis aliis, prout in litteris auctenticis desuper confectis ipsius Mathie episcopi sigillo munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte decani, prepositi et capituli predictorum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut revocationi ordinationis, nec non cassationi, irritationi, emptioni, voluntati, divisioni, adiectioni, donationibus et assignationibus huiusmodi, pro illorum subsistentia firmiori robur appostolice confirmationis adiicere de benignitate appostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, revocationem ordinationis eiusdem, ac cassationem, irritationem, emptionem, voluntatem, divisionem, adiectionem, donationes et assignationes predictas ac omnia inde secura rata habentes et grata, illa auctoritate appostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, communitionis et suppletionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome

apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo secundo pridie nonas Novembris pontificatus nostri anno secundo.

Na zagiętce po prawej stronie: *pro L. de Venetiis*
Jo de Nursia

Pod zagiętką po lewej stronie: XXX
A. Fidelis.
G. Petri.

Or. perg. (A. 38). Na szuurku jedwabnym koloru czerwonego i żółtego zawieszona ołowiana bulla papieża Eugeniusza IV. Na odwrotnej stronie duże *R.* (co znaczy *Registratum*).

LXI.

W Sanoku 9. Stycznia 1434 r.

Mikołaj z Chrząstowa miecznik krakowski i starosta, Piotr Smolicki kasztelan, Klimaszko z Pobiedna sędzia sanoccy jako sędziowie polubowni wydają wyrok w sprawie sprzedaży wójtostwa w mieście Jaśliska i soltystwa we wsi Królikowa.

Nos Nicolaus de Chranstow gladifer Cracouiensis necnon capitaneus, Petrus Smoliczsky castellanus, Climaschko de Pobyedne iudex Sanocenses, iudices et arbitri cause infrascripte, notumfacimus, quibus expedit universis, quomodo in nostram veniens personaliter presentiam nobilis Andreas de Lubno, regie aule pixidarius, fassus est coram nobis publice, se advocaciam in oppido Iassliska et sculteciam in villa Krolikowa sitas pro quingentis marcis iusta vendicionis et empcionis forma vendidisse, dominiaque in oppido Iassliska et in villa Krolikowa sita de mandato domini Regis, domini nostri graciosissimi, in centum marcis dedisse ad liberandum reverendissimo in Christo patri ac domino domino Ianussio Dei gracia episcopo Premisliensi, de cuius manibus prefatus Andreas pixidarius recongnovit (*sic*), se trecentas marcas iam recepisse et effectualiter levasse. Ratione cuius empcionis contractus, memoratus dominus episcopus recognovit se adhuc trecentas marcas monete pro tunc in regno decurrentis prefato domino Andree pixidario debitorie teneri et super festum Nativitatis Christi proxime venturum irrecuse solvendas. Suprascripta vero bona hereditaria tam dominus episcopus, quam etiam dominus Andreas pixidarius unacum privilegiis et munimentis, super huiusmodi bonis confectis, in manus nostras contulerunt

et assignaverunt. Nosque familiarem domini episcopi, quem deputaverit in dictis bonis statuere in procuratorem, qui etiam eadem bona super nos tenebit, debemus et efficere tali sub conditione, si, quid absit, dominus episcopus, vel successores sui episcopi pro tempore existentes superius expressas trecentas marcas predicto domino Andree pixidario ad terminum iam dictum solvere neglexerit aut solvere neglexerint, tunc dominus episcopus trecentas marcas, quas dedit in prima solutione alias zadathek ipso domino Andree pixidario cedit, recedit et amittit in ewum sua spontanea voluntate. Et nos suprascripti iudices omnia bona hereditaria predicta unacum privilegiis domino Andree pixidario in sexingentis marcis debemus reddere, realemque possessionem sibi in ewum assignare per ipsum, velut antea habenda et possidenda, pro quo ipsum dominum Andream pixidarium aut suos successores nullo iure neque spirituali, neque seculari, neque expeditione, neque litteris regalibus debebit evadere, et quacunque conditione dominus episcopus ipsum evadere conaretur, eadem conditione causam suam in parte et in toto amittere et perdere debet. Insuper iam dictus dominus Andreas cum sua familia in curia in Iassliska sita ad festum Penthecosten faciet residentiam et mediam partem mutonum, qui ibidem in Walachis proveniunt, habebit, ususque et emolimenta molendini in Iassliska situati recipiet pro sua utilitate. Alii vero omnes proventus, census et fructus ibidem existentes, quocunque nomine aut vocabulo censeantur, colligi, recipi, exigi pro domino episcopo debent et levari. Nichilominus idem dominus Andreas pixidarius advocatiam et sculteciam domino episcopo in iure Thewnico (*sic*) Maidenburgensi tenebitur resignare. Insuper debita et cauciones fideiussorias, que et quas idem dominus Andreas pixidarius ibidem tempore sue tenute est habiturus, facultatem habet absque impedimento domini episcopi ea extorquere. In cuius rei magis evidens testimonium partibus hinc inde litteras dedimus nostris sigillis sigillatas. Actum in Sanok Sabbato proximo post Epiphaniam domini anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto.

Or. perg. (II. 10). Trzy pieczęci wraz z paskami, na których wisiały, zaginęły. Dokument ten był oblatowany 25. Października 1773 r. w grodzie sanockim, 10. Lutego 1775 r. w ziemstwie przemyskiem (Acta terr. Premisl. tom 242, pag. 297—300).

LXII.

W Sanoku 13. Stycznia 1435 r.

Mikołaj Zeywith sędzia i ławnicy sądu najwyższego niemieckiego na zamku sanockim poświadczają, że Janusz biskup przemyski zapłacił Andrzejowi puszkarzowi z Lubny całą należytość za wójtostwo w Jaśliskach i za sołtystwo w Królikowie.

Nos Nicolaus Zeywith iudex, Clemens de Wyelepole, Stanislaus Nyebilecz de Proszek, Paulus Lysowsky, Martinus de Croszenko, Iohannes Berkmann, Iohannes Grow, Thomas Polan scabini iuris supremi Theutunici castri Sanociensis cognoscimus, quomodo, dum iudicium fuit celebratum feria quinta videlicet in octava Epiphanie domini, veniens personaliter nobilis Andreas pixidarius de Lubna, sanus mente et racione, non conpulsus nec coactus, sed spontanea sua voluntate fassus est publice et recognovit, quod reverendissimus dominus Ianussius episcopus Premisliensis sibi pro advocacia in opido Iaszliska et pro scoltecia in villa Krolikowa omnimodam solucionem, satisfaccionem exhibuit et fecit realiter cum affectu (*sic*). Quamquidem scolteciam et advocaciam prefato domino episcopo et suis successoribus perpetue et in evum cum omni iure nichil ibidem iuris aut proprietatis pro se aut suis successoribus reservando condescendit et resignavit. Nichilominus literas et privilegia super huiusmodi advocacia et scoltecia habitis (*sic*) prefato domino episcopo in manus tradidit atque presentavit, preterea si aliqua impedimenta in dictis bonis dominus episcopus haberet, illa impedimenta dictus Andreas pixidarius debet intercedere iuxta formam iuris Theutunici Mademburgensis (*sic*). Eciam si Stanislaus Nyebilecz aut aliquis suorum succedaneorum super advocacia aut scoltecia predictis emanarent seu elucidarent literas aliquas, illas pixidarius in nichilum redigit (*sic*) et mortificavit. In cuius rei testimonium sigillum scabinatus iuris supremi est subappensum. Acta in iudicio bannito nostro, die et anno ut supra et anno incarnacionis domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto.

Or. perg. (II. 12). Pieczęć wraz z paskiem, na którym wisiała, oderwana. Dokument ten był oblatowany najprzód w grodzie Sanockim 25. Października 1773 r., potem w ziemstwie przemys. 10. Lutego 1775 r.

LXIII.

W Radymnie 28. Maja 1439 r.

Piotr biskup przemyski poświadcza, że Andrzej wójt z Radymna zapisał swej żonie Zofii sto grzywien na połowie wójtostwa swego.

Petrus Dei gracia episcopus Premisliensis significamus tenore presencium, quibus interest cunctis, quod constitutus coram nobis nobilis Andreas advocatus Radymnensis, non compulsus nec coactus, quapiam contraria voluntate semota, ymo libere, lete, sobrie et mature centum marcas comunis monete numeri Polonicalis consueti nobili Zophie sue consorti amande ac legittime pro dote in sponsalibus olim cum eadem contractis obligato in medietate sue huiusmodi Radymnesis advocacie dedit, deputavit, assignavit realiter, irrevocabiliter et cum effectu. Quamquidem medietatem advocacie nullis exclusis bonis dicta Zophia teneat, habeat, possideat ac plenarie utatur eadem tamdiu, donec per ipsum Andream ipso vivente aut, quod absit, post decursum ipsius de hoc mundo per alium aut alios successores, si qui sunt aut erunt propiores, prelibate Zophie dicte centum marce dabuntur ac realiter et cum effectu persolvantur (*sic*). Quibus persolutis dicta Zophia bona ipsa medietatis advocacie prefata reddeat (*sic*), restituat dicto Andree suo marito aut alteri propinquiori iuridice omni contradiccione ablata integre ac libere. Datum Radymne feria quinta proxima post festum penthecostes anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono, nostro sigillo maiori presentibus subappenso, presentibus nobilibus, discretis ac providis Petro Mamayowicz alias Karasch de Ruschowicze, Marcissio de Ozensko, Iohanne de Mikulowicze, Martino plebano de Radymna, Petro de Kobilani nostris Capellanis, Balthizar de Iaroslaw, Marcissio de Radymna, Civibus, testibus ad premissa, nec non Schenkone de Szennow, Paulo Subiudice Premisliensi, Fridone de Felstyn et Georgio Mamayowicz vocatis et rogatis.[1])

Dokument ten znajduje się w dwóch oryginałach w archiwum (A. 37 i II. 13). Przy pierwszym po pieczęci pozostał sznurek jedwabny koloru zielonego i fioletowego, u drugiego pieczęć wraz z paskiem oderwana. Odmiany pomiędzy jednym a drugim podano w adnotacyi, za podstawę wydania wzięto dokument (A. 37).

[1]) Wyrazów od *nec non* do *et rogatis* nie ma w drugim egzemplarzu. Natomiast ma drugi egzemplarz (II. 13) podpis taki pod zagiętką po prawej stronie umieszczony: *Per manus magistri Michaelis.*

LXIV.

W Radymnie 18. Marca 1440 r.

Piotr biskup przemyski poświadcza, jako Andrzej wójt z Radymna obowiązał się wraz z żoną Zofią spłacić Baltazarowi mieszczaninowi jarosławskiemu pewną sumę na dzień św. Piotra i Pawła.

Petrus Dei gracia episcopus Premisliensis significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo, die Veneris, XVIII mensis Martii in curia nostra ante caminatam magnam advocacie [1]) Radymne sita, constitutus personaliter in presencia nostra atque notarii publici infrascripti, testiumque appositorum nobilis Andreas, advocatus Radymnensis, cum noticia, assensu et voluntate nobilis Zophie consortis sue obligavit se teneri et solvere provido Baltezar, civi laroslauiensi, septuaginta marcas mediorum grossorum, decem et octo marcas cum fertone communis monete mutui debiti ad festum sanctorum Petri et Pauli apostolorum indilate, omni impedimento et quavis causa legittima vel illegittima semota, nullo se modo aut racione excusando, et dicto Baltezar, aut alteri status spiritualis aut secularis, masculini sive feminini generis, cui ipse Baltezar comiserit tollendam, ad manus det, solvat, presentet realiter et cum effectu, solutaque dicta pecunia septuaginta marcarum mediorum grossorum et decem et octo cum fertone communis monete, literam presentem dictus advocatus recipiat. Et si, quod absit, prelibatus Andreas, advocatus Radymnensis, prefato Baltezar summam nominatam octuaginta octo marcarum cum uno fertone ad festum sancti Petri proxime futuri non solverit, extunc tertia die post festum sancti Petri centum marcas cum octo mediorum grossorum septuaginta et residuum communis monete et possessionem medietatis sue prefate Radymnensis advocacie dare debet, atque se per hec scripta obligatur (*sic*) tam diu, donec dictus Andreas nominato Baltezar dictas centum cum octo marcas solverit, solutisque plene medietatem huiusmodi advocacie restituere ipse Baltezar tenebitur; in quam medietatem advocacie ad tenendum per Baltezar laneus, quem ipse advocatus vendidit, non debet cadere et pertinere. Super quibus omnibus premissis has nostras literas cum appensione sigilli nostri et subscripcione notarii nostri super hoc requisiti iussimus dari anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo, nostro dictique Andree advocati

[1]) Wyraz ten tak wyblakły, że prawie tylko domyślić go się można.

sigillis presentibus subappensis. Presentibus circumspectis Marcissio de Okensko (*sic*), Michaele Opesiczer, Clos Polner Consulibus de Radymna, testibus ad premissa rogatis pariter et vocatis.

S. N.

Et ego Michael Francisci de Florencia, clericus Cracouiensis dyocesis, imperiali auctoritate notarius, quod predictis recognicioni, obligacioni, solucioni, promissioni, submissioni, aliisque omnibus et singulis premissis presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, ideo has presentes literas, sive presens publicum instrumentum, manu propria scriptum, signo et nomine consignavi, cum appensione sigillorum reverendi in Christo patris domini Petri Dei gracia episcopi Premisliensis et advocati Radymnensis obligati, in fidem et testimonium singulorum premissorum cum prenominatis testibus roboravi petitus et requisitus.

Or. perg. (II. 14). Obie pieczęci oderwane wraz z paskami, na których wisiały.

LXV.

W Radymnie 7. Marca 1441 r.

Andrzej wójt dziedziczny z Radymna zastawia Błażejowi ze Smolenia trzech chłopów i rzeźnika w sumie 20 grzywien długu.

Ego Andreas advocatus hereditarius in Radymna, una cum Zophia consorte mea legittima, recognosco presentem per tenorem universis et singulis quibus expedit, quia nobili Blasio de Smolenya [1]) tunc temporis tenutario Sostvicziensi [2]), in viginti marcis parve Cracouiensis monete et numeri Polonicalis certi et iusti debiti obligor, quas quidem viginti marcas dictus Blasius in et super me per decretum iuris obtinuit iuridice et acquisivit. In quibus viginti marcis ego Andreas prenominatus cum scitu, concessu et voluntate antedicte Zophie consortis mee, non conpulsus nec seductus aliquo modo, sed sponte, libere et voluntarie dicto Blasio obligam et invadiam, presentibusque obligo et invadio kmethones meos, meam advocaciam concernentes censuales videlicet Myn Polonum

[1]) Smolin wieś w powiecie niemirowskim.
[2]) Sośnica wieś w powiecie radymnieńskim.

cum media marca census et Lechno Ruthenum cum uno fertone et Iurek Ruthenum cum una marca et Petrum carnificem cum uno fertone. Quos kmethones meos et carnificem dictus Blasius debet habere, possidere et tenere, tollere et levare cum censibus prescriptis, cum laboribus, honoribus, utilitatibus et proventibus pleno iure et dominio, sicut ego eosdem actenus tenui et possedi, ad festum proximum Nativitatis domini. Ad quod festum dictas viginti marcas sibi promitto dare et solvere, plenarie cum effectu. Quod si non fecero et dictam pecuniam ad festum proximum Nativitatis Cristi non exsolvero, extunc Blasius prenomiatus (*sic*) debet iterum dictos kmethones et carnificem tenere et habere pleno iure, ut premissum est, ad unum annum, iterum ad festum Nativitatis Cristi et tam diu ab uno festo Nativitatis Domini ad aliud festum Nativitatis Domini, usque dicte viginti marce sibi per me aut per meos successores fuerint integraliter persolute. Potest eciam dictus Blasius sepenominatos kmethones meos censuales alicui alteri suo amico aut consanguineo aut extraneo ulterius in huius modi viginti marcis proscribere aut invadiare secundum placitum suum, qui eciam eosdem cum omni iure sicut et ipse debent tenere et possidere, quo et usque viginti marce ipsis fuerint persolute. Nichilominus etiam, si dicti kmethones per me invadiati per aliquem quemcunque quoquo modo fuerint inpetiti, arrestati aut infestati, promitto fide mea ipsos ab omnibus impedimentis omnium exbrigare pariter et libertare. In cuius recognicionis et obligacionis firmitatem sigillum meum ex certa sciencia presentibus est subappensum. Actum et datum in Radymna feria tercia post Invocavit dominicam quadragesime anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, presentibus nobilibus Iohanne de Dymitrowicz huius cause Iudice et Stanislao de Dymitrowicz eius Assessore et Petro Zamoscky eciam Assessore iudicii ex domini episcopi mandato et aliis quam pluribus fidedignis.

Or. perg. (II. 15). Pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

LXVI.

W Przemyślu 9. Stycznia 1442 r.

Piotr biskup przemyski funduje i uposaża za zgodą swej kapituły archidyakonat w katedrze przemyskiej.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Non aliud nobis inter cetera pyetatis opera emergit opus in hoc caduco fastigio degentes, quod nobiscum crederemur post decessum eiusdem deferre, nisi pro augmento servitutis domini nostri Ihesu

Christi, quod reflecteretur in remissionem peccatorum nostrorum, laudem ipsius omnipotentis Dei uberando, ecclesiastica beneficia, presertim quibus ecclesia nove ereccionis inter scismaticas et neophitas gentes erecta in civitate Premisliensi chatedralis permaximum est opportuna erigere. dotare et fundare, proinde nos Petrus Dei gracia episcopus Premisliensis significamus tenore presencium, quibus expedit universis tam presentibus quam futuris harum noticiam habituris, quomodo volentes ad glorie miliciam illius, qui nos precioso suo sanguine redemit, ascribi, habito eciam consilio mature deliberacionis, voluntate pariter et assensu venerabilium et honorabilium dominorum et fratrum Benedicti prepositi, Andree decani, Ieremie cantoris, Fridronis, Nicolai Sthampotha, Nicolai alias Czyelanthko prelatorum et canonicorum ecclesie Premisliensis pro capitulo generali Epiphanie nobiscum congregatorum, archidiaconatum in ecclesia eadem nostra Premisliensi ad laudem omnipotentis Dei et gloriose eiusdem virginis genitricis Marie et omnium sanctorum in honorem de nostris bonis erigere decrevimus, prout hoc eciam serenissimus princeps dominus Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Croacie, Dalmacie etc. rex patronus et dominus ecclesie Premisliensis prehabite suis ceteris bonis videlicet decem truncis salis minuti pro eadem ereccione de sua pyetate consolari dignatus est, velut in sue Serenitatis literis patentibus plenius continetur, et nunc erigimus, dotamus et fundamus in primis igitur prefato archidyaconatui omnes et singulas penas in statutis olim per predecessores nostros factis et per nos et nostros successores faciendis contentas preter violatores ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum sive iniectores manuum violentarum in clericos ordinatos, quas pro nobis et nostris successoribus reservamus et alia, que ecclesia chathedralis Cracouiensis consuevit in huiusmodi re observare. Item damus manipularem in Radimpno post totam araturam nostram et successorum nostrorum omnis grani, que nunc est et que in posterum fieri poterit vel post illos, qui seminarent agros ad nostrum predium nunc et in futurum ac nostrorum successorum dominii vel advocacie nostre ibidem pertinentes. Ceterum decimas pecuniales latorum grossorum in Nova Sambor et in suburbio atque in villa Kothkowycze [1]) olim ad altare beatorum Gregorii, Augustini, Ambrosii et Martini in castro Premisliensi per predecessorem nostrum dominum Mathiam episcopum Premisliensem de mensa episcopali erectum, spectantes demum loco decime pecunialis in Radimpna per serenissimum principem dominum Wladislaum prefatum regem inscripte, quas nolumus propter difficultatem ad archidiaconatum pertinere, valorem et equalitatem facientes decimas pecuniales post villas Whercze, Byesskowycze, Strzalkowycze [2]) in districtu Samboriensi situatas, rursus ortum totum et pomerium ibidem ex opposito domus et penes domum honorabilis

[1]) Takiej wsi odszukać nie mogłem, są jednak Kowenice w powiecie samborskim.

[2]) *Whercze* Uherce; *Byesskowycze* Biskowice; Strzałkowice wsie w powiecie samborskim.

Francisci Premisliensis canonici situatum, eciam quintam partem sive quintum cumulum feni in omnibus pratis nostris sive alias ad nostrum predium et in posterum et successorum spectantibus in Wyar predio extra Premislia constituto ad usum ipsius archidiaconi, qui pro tempore extiterit, temporibus perpetuis damus, donamus, incorporamus, apropriamus, largimur, annectimus, inscribimus et pertinere facimus donacione perpetua irrevocabili et firma ac constanti per presentes per archidiaconos pro tempore existentes omnia et singula premissis (*sic*) habenda, tenenda, utifruenda et temporibus perpetuis pacifice et quiete possidenda, locum in stallo et vocem in capitulo iuxta ecclesiam chathedralem Cracouiensem et eius consuetudinem sibi assignando. Actum et datum Premislie feria tercia proxima post festum Epiphanie domini nobis et prefatis prelatis et canonicis in capitulo generali congregatis anno eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo nostro et nominatorum dominorum capitulariter congregatorum sigillis maioribus subappensis.

Per manus Iacobi Nicolai de Pylsno publici et capituli Notarii.

Or. perg. (A. 39). Obie pieczęci odpadły wraz ze sznurkami.

LXVII.

W Budzynie 31. Sierpnia 1442 r.

Władysław Warneńczyk zastawia Budzywojowi Mamajowiczowi wieś Duńkowice w kwocie 300 grzywien.

Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. rex Lithwanieque princeps suppremus et heres Russie etc. significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo veniens ad nostre Maiestatis presentiam magnificus Petrus Odrowansch de Sprowa palatinus et capitaneus terre Russie generalis supplicavit nobis pro nobili Budzywoy filio bone memorie Mamay, ut ob respectum serviciorum ipsius, quibus progenitori nostro dive memorie placuit, ipsum aliquibus specialibus favoribus respiceremus. Unde nos ipsius fidelia servicia progenitori nostro predicto et nobis exhibita in animo revolventes, consiliariorum et baronum nostrorum prehabito consilio, cupientes ipsum speciali nostra gracia consolari et ad obsequia nostra reddere promptiorem ipsum in et super villa nostra Dvnkouicze [1]) in terra Premysliensi sita tricentas marcas pecunie monete

[1]) Duńkowice wieś w powiecie radymnieńskim.

numeri et ponderis Polonicalium communium, quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, inscribimus, assignamus, damus, donamus et largimur graciose per ipsum Budzywogium prefatum et ipsius legitimos successores habendum, tenendum, utifruendum pacifice et quiete possidendum cum omnibus et singulis ville predicte utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, boris, gaiis, mericis, rubetis, fluviis, lacubus, piscinis, stangnis, aquis, aquarum decursibus, molandinis (*sic*) et eorum emolimentis, mellificiis, venacionibus ac aliis obvencionibus et pertinenciis universis tamdiu, quousque per nos aut nostros legitimos successores sibi aut ipsius successoribus legitimis prefate marce monete et numeri premissorum integraliter et ex toto fuerint exolute. Quo facto predicte ville possessio ad nos et ad nostros legitimos successores revertetur pleno iure, stacionibus tamen et iuribus nostris regalibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum in Budzyn feria sexta post festum sancti Bartholomei anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo. Relatio magnifici Petri de Sczekocziui regni Polonie Vicecancellarii.

Podług potwierdzenia króla Kazimierza Jagiellończyka z r. 1477, poniżej pod tym rokiem opisanego (nr. C).

LXVIII.

W Przemyślu 9. Stycznia 1443 r.

Piotr biskup przemyski na prośbę Mikołaja soltysa w Równem potwierdza i rozszerza przywilej króla Kazimierza z 1352 r. pozwalający Ditmarowi z Sanoka założyć wieś na prawie niemieckiem i mianujący go tamże soltysem.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Petrus Dei gracia episcopus Premisliensis significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris, quomodo ad nostram veniens presenciam providus Nicolaus alias Nikyel scoltetus in Rowne vulgariter nuncupate (*sic*), privilegium super eadem scultecia serenissimi principis domini Kazimiri olim regis Polonie etc., sanum, integrum, non viciatum, sed omni prorsus vicio carens, in quo tamen defectuose et diminute iura scoltecie predicte, quibus sculteti ceteri districtus Crosnensis communiter perfruuntur, contineri videbantur, nobis demonstravit, humiliter supplicans, ut eosdem defectus, atque iura diminuta supplere de speciali gracia dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor de verbo ad verbum dinoscitur esse talis.

Tu następuje dokument króla Kazimierza Wielkiego z r. 1352, umieszczony powyżej pod nrem I., poczem:

Nos itaque volentes dictam villam et incolas eius facere certiores atque gaudere condicione meliori iuxta consuetudinem aliarum nostrarum villarum cum consilio, assensu et voluntate venerabilium et honorabilium fratrum Benedicti prepositi, Andree decani, magistri Michaelis archidiaconi, prelatorum, Fridronis, Nicolai Czelantkonis, Nicolai Stampote, Francisci de Orzek canonicorum, et tocius capituli generalis pro festo Epifanie Domini congregatorum, ommittentes addiciones, quas ipsius ville kmethones ultra marcam latorum grossorum dabant, solummodo in una marca communis monete volumus cum nostris successoribus contentari. Per quam quilibet kmetho et non plus pro censu a quolibet laneo dare tenetur temporibus perpetuis sine quibusvis aliis addicionibus. Damusque prefato scolteto et suis successoribus de huiusmodi censibus sextum denarium annis singulis, graciose concedimus perpetuis temporibus et donamus. Ceterum ipsis concedimus indulgentes, ut pro se et pro suis posteris prata et piscinas parare poterint in littore fluvii dicti Iessyel in superiori et inferiori partibus molendini ita tamen, quod nobis et successoribus nostris sive hereditati nostre predicte nullum exinde preiudicium debeat generale (*sic*). Volentes insuper, quod nullus in dicta hereditate nostra venari presumat, nisi de voluntate sculteti et consensu speciali; volentes ipsum aliis consuetudinibus gaudere et frui, prout et alios in terra Sanocensi in villis nostris scultetos. Datum Premislie feria quarta infra octavas Epifanie Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio, nostro et venerabilis capituli sigillis subappensis maioribus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Martinus de Sochaczew subscripsit.

Or. perg. (II. 16). Z dwóch pieczęci jedna wraz ze sznurkiem zaginęła, druga biskupia jest zawieszona na sznurku jedwabnym zielono czerwonym.

Pieczęć biskupia na wosku czerwonym przedstawia Matkę Boską z P. Jezusem a u dołu herb Kościesza i napis w otoku: *sigillum peteri* (*sic*)..... *epi premisliensis* +. Na zewnętrznej stronie: *R*(*egistratum*).

LXIX.

W Bazyleji 3. Sierpnia 1443 r.

Synod bazylejski potwierdza przywileje przemyskiego archidiakonatu.

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans dilecto ecclesie filio Michaeli archidiacono ecclesie Premisliensis salutem et omnipotentis Dei benedictionem. Cum a nobis, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinis nostre ministerium ad debitum perducatur effectum, ea propter tuis iustis supplicationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates tam a Romanis pontificibus quam aliis sive per privilegia ante alias indulgentias tibi et pro tempore existenti archidiacono ac archidiaconatui ecclesie Premisliensis concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus, principibus, ecclesiarum prelatis et aliis christifidelibus rationabiliter archidiacono Premisliensi et prefato archidiaconatui etiam concessas sicuti iuste et pacifice possides et tu ac archidiaconi pro tempore existentes dicte ecclesie prestante domino iuste poteritis adipisci vobis et per vos obtinenda ac eidem archidiaconatui auctoritate universalis ecclesie confirmamus et approbamus ac presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, approbationis et communitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et universalis ecclesie se noverit incursurum. Datum Basilee III. Nonas Augusti anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio.

Or. perg. (B. 1), na sznurku jedwabnym zawieszona bula ołowiana soboru bazylejskiego.

Pod zagiętką z lewej strony:

×
Ia de Krambuzya
P. de Sancto Albino.

Na zagiętce z prawej strony:

Io. Peregallus.

Na zewnętrznej stronie: *R(egestratum)*.

LXX.

W Przemyślu 8. Stycznia 1444 r.

Piotr biskup przemyski poświadcza, że kapituła przemyska ułożyła się z Michałem archidiakonem tegoż kościoła o dochody archidiakonatu.

In nomine Domini Amen. Petrus Dei gracia episcopus Premisliensis ad perpetuam rei memoriam significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo coram nobis constituti personaliter venerabiles et honorabiles domini Benedictus prepositus, Andreas decanus, Andreas cantor, Franciscus de Orzek, Nicolaus Czelanthko, Fridro, Nicolaus Stampota et Nicolaus de Szdzechow prelati et canonici totumque capitulum ecclesie nostre Premisiiensis catedralis ab una, necnon magister Michael archidiaconus ecclesie nostre prefate partibus ab altera, volentes et cupientes meliorem et utiliorem inter se facere condicionen pro, de et super corpore et fundo, redditibus, contribucionibus et proventibus, pro archidiaconatu ecclesie Premisliensis ex causa dotacionis donatis et incorporatis, ac contribucionibus et questibus refeccionum quottidianarum ac aliarum obvencionum ecclesie, quas prelati et canonici prenominati ipsi magistro Michaeli archidyacono post suscepcionem et confirmacionem in archidiaconatum ecclesie Premisliensis dare et impartiri renuerunt, recusaverunt et denegarunt, animis ipsorum optime deliberatis ultroneisque ipsorum voluntatibus prehabitis, nulla interveniente fraude, dolo aut paccione illicita, sed simpliciter, liberaliter, ultonee (*sic*) et de plano cedendo litibus, cupientesque inter se omnes differencias, rixas, dissensiones sopire, decernere et terminare, condiderunt, fecerunt et ordinaverunt talem inter se in manibus nostris ordinacionem et amicabilem composicionem paccionemque perpetuam salvis litteris regalibus de et super certo numero canonicorum et eis non preindicando videlicet ipse magister Michael archidyaconus omnes decimas pecuniales in Sambor et in villa Cotheowycze ad altare sanctorum Ambrosii, Augustini, Gregorii et Martini confessorum beatorum in castro Premisliensi situm spectantes similiter et in villis Whercze, Strzałkowycze, Byeskowycze pecuniales et in Radympna post araturas curie nostre manipulares omnis grani et seminis pro archidyaconatu predicto ex causa dotacionis incorporatas donavit, dedit, annexit et incorporavit in fiscum thezauri capitularis ecclesie Premisliensis memorate irrevocabiliter et in evum per prefatos dominos prelatos et canonicos capituli Premisliensis tenendas, habendas, possidendas, utifruendas et ad usus ipsorum beneplacitos, prout ipsis videbitur expedire, convertendas dumtaxat orto retro domum venerabilis domini

Francisci de Orzek canonici Premisliensis, feno prati nostri in Wyar, cuius quintam partem eidem magistro Michaeli archidyacono et ceteris suis successoribus pro tempore existentibus donavimus tenoreque presencium donamus et decem tunnis seu truncis salis de zuppis ac penis sinodalium et provincialium statutorum, stallo chori consuetudinibusque et auctoritate officii archidyaconatus iuxta morem ecclesie maioris Craconiensis per nos sibi concessis, exceptis, quas pro se racione officii et dignitatis archidyaconatus specialiter reservavit. Intuitu cuius prefati venerabiles prepositus et capitulum omnes distribuciones cottidianas et pecunias capitulares in quolibet capitulo generali admodum distribui solitas una cum anniversariis et quatuor marcis summarum festivitatum anni ac universis excrescenciis aliisque omnibus et singulis refeccionibus et obvencionibus, quibuscunque censeantur nominibus, inter fratres capituli dividi et fieri consuetis et solitis plene et integre prout alter eorum residenciam circa ecclesiam faciens tollit, percipit et participat ad dandum et percipiendum atque parciendum sibi et suis successoribus pro tempore archidyaconis existentibus sunt astricti et obligati per presentes, demptis dumtaxat fundis singulorum et corporibus ac sale capituli de zuppis nunc proveniente singulis annis, quod pro se specialiter et usu ipsorum reservaverint. Prefatus nichilominus magister Michael et successores sui oneri statutorum ecclesie et capituli sint subiecti amodo. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum sigilla nostrum et capituli presentibus sunt appensa. Actum et datum Premislie feria quarta proxima post festum Epifanie anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus dominis Petro Borman Custode, Petro Waukonis de Premislia Canonico Leopoliensibus, magistro Stephano de Wansosche Rectore scole, Iohanne Vicepreposito, Martino Vicedecano, Nicolao Vicecantore, magistro Iacobo de Panthelowycze Altarista et Predicatore ecclesie Premisliensis et Sigismundo de Wyschnya, Mathia de Thulyglowy publicis Notariis testibus circa premissa.

Manu Martini Iohannis de Sochaczew. [1])

Dokument ten znajduje się w dwóch egzemplarzach w arch. kapituły, jeden or. perg. (A. 40), dwie pieczęci oderwane, pozostały tylko dwa biało-czerwono-zielone sznurki jedwabne, na zewnętrznej stronie dokumentu: *R(egistrata)*, drugi or. perg. (III. 22), dwie pieczęci wraz ze sznurkami oderwane. W texcie zachodzą pomiędzy nimi tylko drobne ortograficzne różnice.

[1]) Wyrazy te zachodzą tylko w dok. A. 40, drugi egzemplarz ich nie ma.

LXXI.

W Przemyślu 10. Stycznia 1444 r.

Piotr z Grochowic sędzia i Paweł z Zamiechowa podsędek ziemscy przemyscy poświadczają, że Jan i Maciej z Pantelowic pokwitowali Piotra biskupa przemyskiego z odebrania swej należytości za wójtostwo w Radymnie w wysokości stu grzywien.

Nos Petrus de Grochowcze iudex et Paulus de Zamychow subiudex Premislienses significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo venientes nobiles fratres duo germani videlicet Iohannes et Mathias heredes de Panthelouicze sponte et libere recognoverunt, quomodo ipsis reverendus in Christo pater dominus Petrus Dei gracia episcopus Premisliensis pro advocacia in Radympna, que advocacia ad ipsos fratres iure propinquitatis post mortem Andree fratrem (*sic*) ipsorum cessit, satisfecit et persolvit cum effectu, videlicet centum marcas in parata pecunia, quoad partem ipsorum. Quam advocaciam predicti fratres duo predicto domino episcopo et ipsius successoribus in perpetuum vendiderunt et resignaverunt cum effectu. Obligaverunt se eciam predicti duo fratres predictum dominum episcopum in perpetuum in dicta advocacia more solito terestri non impedire neque vaxare (*sic*) et ab omnibus personis propinquis defendere et tueri pari modo et glotem [1]) ipsorum relictam predicti Andree nomine Zophiam obligaverunt se non impedire ipsam pro eadem advocacia in Radympna neque vaxare. In cuius rei testimonium sigilla nostra sunt appensa, presentibus nobilibus Iohanne de Harmanowicze, Stanislao Stroski, Budzywoy de Lubynya, Henrico de Orzek, Alberto de Zarnowec et Iaczcone de Bybel. Actum et datum Premislie feria sexta proxima post festum Epiphanie anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Or. perg. (II. 17). Zawieszone były na paskach pergaminowych dwie pieczęci, po jednej pozostał jeszcze pasek, druga wraz z paskiem zaginęła. Oblatowany był dokument ten w grodzie sanockim 22. Lutego 1774 r.

---

[1]) Właściwie *glos, oris*, bratowa a nie siostra męża, jak u Knapskiego podano.

LXXII.

W Radymnie 16. Stycznia 1444 r.

Grzegorz Wolbram z Brzozowa sędzia wraz z asesorami najwyższego sądu niemieckiego w biskupstwie przemyskiem poświadczają, że Zofia wdowa po Andrzeju wójcie z Radymna, sprzedała Piotrowi biskupowi przemyskiemu wójtostwo swoje za 354 grzywien.

IN nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Gregorius Wolbram de Brzozow iudex, Petrus de Iassonka, Nicolaus de Rowne, Albertus de Blysznе, Iohannes in Domaradze, Nicolaus Closch in Czergowa, Nicolaus de Przessyeznicza sculteti et Martinus viceadvocatus in Radympna supremi iuris Theutunici Maydburgensis episcopatus Premysliensis significamus tenore presentium, quibus expedit universis et singulis presentibus et futuris presentes litteras inspecturis, lecturis vel audituris, quomodo coram nobis in banito iudicio constituta personaliter nobilis domina Sophia relicta olim nobilis Andree advocati Radymensis non compulsa, non coacta nec aliquo dolo, fraude aut metu seducta, sed mera, ultronea, libera et spontanea ipsius voluntate prehabita, suorumque amicorum salubri freta consilio et consensu eorundem communicato advocaciam ipsius in Radympna in iure Maydburgensi locatam, que ad eam iure Maydburgensi prefato et naturali ex causaque propinquitatis et ex successione hereditaria per decessum tunc filie sue post mortem et obitum prefati Andree patris sui premortui condam advocati Radymensis olim vite functe legitime spectabat et in sinum cessit, prout et per nos tunc sibi extitit iudicialiter adiudicata, reverendo in Christo patri et domino domino Petro Dei gratia episcopo Premysliensi suisque successoribus pro tempore existentibus pro tribus centis marcarum et pro quinquaginta cum quatuor marcis monete et numeri Polonicorum pecuniarum in regno Polonie solite currentium, per ipsum totaliter perceptis et levatis vendidit effectualiter. Quam quidem advocatiam prefata domina Sophia, accepta, sic ut predicitur, plenaria satisfactione, ipsi reverendo in Christo patri domino Petro episcopo et suis successoribus cum omnibus et singulis iuribus, agris, emethonibus, ortulanis, laneis, pratis, piscinis, molendinis, lacubus, stagnis, maccellis carnificum, pistorum et sutorum, cum omnibus usibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus et obventionibus universis, prout sola post mortem filie sue predicte tenuit et possedit, nichil pro se aut successoribus suis seu propinquioribus iuris aut dominii reservando in eadem, in manibus nostris in facie iudicii

baniti resignavit realiter habendam, tenendam, utifruendam et possidendam perpetuis temporibus, vendendam, comutandam, donandam et ad usus ipsius convertendam, prout sibi aut successoribus suis videbitur expedire. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Radympna feria quinta proxima post octavas Epifanie anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Or. perg. (II. 18). Po pieczęci został tylko pasek. Dokument ten był oblatowany w grodzie sanockim 22. Lutego 1774 r.

LXXIII.

W Przemyślu 25. Kwietnia 1444 r.

Walenty czyli Wanko z Balic wójt przemyski przeznacza 6. grzywien rocznie z wójtostwa swego dla nowo ustanowionej kustodyi przemyskiej.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc divine retributionis meritum et temporalis prosperitatis augmentum infallibiliter consequi credimus, cum pro cultus divini augmento nostra bona a Deo nobis collata largimur prospere et prodige, proinde ego Valentinus alias Vanco heres de Balycze, advocatus Premisliensis, significo tenore presentium universis, quibus oportunum fuerit presentibus et futuris notitiam presentium habituris sive audituris, quomodo zelo devotionis accensus cupiens diem extremum iudicii operibus pietatis prevenire pro remedio anime sue et principaliter pro augmento ecclesie cathedralis Premisliensis, in honorem beate Marie virginis et beati Iohannis Baptiste dedicate, et signanter pro erigenda in dicta ecclesia custodia nove plantacionis, fundacionis et dotacionis per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Petrum Dei gratia episcopum Premisliensem, matura deliberatione prehabita, et unanimi voluntate et consensu sui capituli dicte ecclesie Premisliensis noviter fundate, dote (*sic*), donate de consensu speciali filiorum meorum Petri custodis primi Premisliensis et nobilis Iohannis de Balycze sex marcas pecunie communis minute in regno Polonie monete communiter currentis, videlicet in quamlibet marcam quadraginta octo grossos computando, memorate ecclesie capitulo Premisliensi do, dono, largior, adiungo, annecto, inscribo et tenore presencium incorporo in et super bonis advocatie mee Premisliensis pro quolibet festo sancti Martini gloriosi pontificis singulis annis per capitulum ecclesie pretacte tollendas, levandas, percipiendas et pacifice possidendas, utifruendas et ad usus capituli convertendas perpetue et in evum, per me ac successores meos eidem capitulo Premisliensi

in bonis, ut prescriptum est, predicte advocatie mee dandas, presentandas, prestandas et ad hoc obligatos et astrictos contradictores et non solventes per capitulum prescriptum ecclesie kathedralis Premisliensis censuris ecclesiasticis ad solvendum coercendos, tali tamen conditione interposita, quod domini capitulares eiusdem ecclesie Premisliensis singulis annis anniversarium semel in anno pro anima mea Valentini advocati Premisliensis tenebuntur peragere, dum me contingat ab hac vita migrare. In cuius rei testimonium et fidem premissorum sigillum meum presentibus est subappensum. Actum et datum Premislie Sabbato ante dominicam Misericordia Domini anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, presentibus honorabili, nobili et discreto Nicolao Stąmpota Canonico Premisliensi, Luca de Nova Civitate, Sigismundo Notario consistorii Premisliensis et aliis quamplurib̃ fide dignis testibus.

Według wyroku Grzegorza z Sanoka arcybiskupa lwowskiego z 12. Sierpnia 1466 r. wydrukowanego i opisanego poniżej pod nrem XCVI.

LXXIV.

W Przemyślu 26. Czerwca 1444 r.

Piotr biskup przemyski ustanawia i uposaża kustodyę w kapitule przemyskiej.

Petrus Dei gracia episcopus Premisliensis ad perpetuam rei memoriam. Pastorali nostro plurimum incumbit officio ecclesie divinitus nobis tradite accrescentia personatuum horum presertim ecclesiasticorum, quorum vasa divina et singula laudi divine deputata valeant exuberare, condicionem facere meliorem, quodque divina officia accuratius possint expleri. Sane consideratis damnis atque distractionibus facultatum ecclesie nostre Premisliensis, quibus a Deo domini (*sic*) nostri (*sic*) dedecoratus (*sic*) extiterat, quod nefas erat nobis tot temporibus tolerare, volentes igitur huiusmodi damnis, distractionibus adhibere medelam de consilio fratrum nostrorum pariter et consensu Benedicti prepositi, Andree decani, magistri Michaelis archidiaconi, Francisci de Orzek, Fridronis, Nicolai Stąmpote ac tocius capituli nostri Premisliensis in capitulo generali pro festo sancti Iohannis Baptiste nobiscum congregatorum custodiam in eadem ecclesia nostra Premisliensi de novo duximus erigendam et erigimus per presentes ad eamque honorabilem Petrum Vankonis advocati Premisliensis canonicum Leopoliensem nominavimus vocavimusque instituendum et regendum, qui de bonis sue huiusmodi advocacie pro nominata custodia adiuvamentum prestitit salubre, prout in suis literis patentibus plenius continetur, quas hic volumus habere pro

insertis, ita quod prefatus Petrus ducentos florenos dedit nobis pro augmento mense episcopalis ad exemendam scultetiam in villa nostra Blyszne, quorum occasione nos prefatis fratribus capituli nostri Premisliensis decimas pecuniales ad mensam nostram spectantes in opido Lanszeysko ac villis eiusdem districtus Gyedlarowa, Wyerzeycze, Dambno, Scharzina Wolya, Wiwloka [1]) et in districtu Mosticziensi in Vykowycze [2]), Stoyanycze Czurylonis [3]) incorporamus et damus per presentes, demum prebendam sive capellam sancte Crucis in Crosna olim per reverendissimum in Christo patrem dominum Mathiam episcopum Premisliensem predecessorem nostrum de mensa episcopali in decimis pecunialibus in Crosnensi civitate et suburbio provenientibus erectam, ad ecclesiam nostram Premisliensem transferimus ipsamque et proventus ipsius pro custodie sustentatione incorporamus et annectimus, taliter disponendo, quod nos et nostri successores decimas olim ad dictam prebendam sive capellam spectantes in Crosna tollere et ad beneplacitum convertere debeamus, ratione quarum preposito et capitulo Premisliensi decimas pecuniales in opido Lubaczow et suburbio ipsius ac in villa Lukowa [4]) et sex marcas de bonis advocatie Premisliensis per advocatum pro tempore existentem dandas damus, assignamus et annectimus tali ordine et dispositione ac condicione inserta, quod prefato Petro custodi et suis successoribus a data presentium de omnibus proventibus, distributionibus, anniversariis, sale et quibuscunque obventionibus inter fratres capitulares dividi et dari consuetis, exceptis duntaxat villis et fundis ac corporibus singulorum iam inter ipsos divisis, capitulum sive procurator eorum temporibus, quibus ipsis distribuit, dat et partitur, tenetur dare et tribuere parem portionem, quem ipsum capitulum, confratrem et custodem suscipit per presentes. Qui custos et sui successores thezauros et alias res ac vasa ecclesie custodiat et campanatores duos quotidie in proprio solario sive pecunia servet ecclesie familiares. Volumus etiam, quod custos omnibus oneribus et consuetudinibus statutis ac divinis officiis velut alii sit obligatus et astrictus. Ius patronatus ipsius custodie nobis et nostris successoribus cum capitulo reservamus, sic etiam, quod advocatus Premisliensis, dum unus fuerit, et si plures senior assensum prebeat ad personam per nos et capitulum deputandam. Tenor vero dictarum litterarum, de quibus fit mentio supra, sequitur et est talis.

Tu następuje dokument Wankona z 25. Kwietnia 1444 r. (nr. LXXIII), poczem:

Actum et datum Premislie feria sexta infra octavas sancti Iohannis Baptiste anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, nostro et capituli sigillis presen-

[1]) *Lanszeysko* Leżajsk miasteczko powiatowe. Gilarowa lub Gidlarowa, Wierzawice, Dembno, Wola zarzycka wsie w powiecie leżajskim. Wywłoki odszukać nie umiem. [2]) *Vykowycze* t. j. Ujkowice wieś w powiecie przemyskim. [3]) Stojańce wieś w powiecie sądowo-wiszniеńskim. [4]) Łukowa wieś w powiecie leżajskim.

tibus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum subappensis, presentibus ibidem honorabilibus et nobili magistris Iacobo Predicatore et Altarista, Stephano Vicario et Rectore Scole Premisliensibus, Iohanne de Chranstow, Sigismundo Notario consistorii Premisliensis, testibus circa premissa.

Według wyroku Grzegorza z Sanoka arcybiskupa lwowskiego z 12. Sierpnia 1466 r. wydrukowanego i opisanego poniżej pod nrem. XCVI.

LXXV.

W Przemyślu 27. Czerwca 1448 r.

Piotr biskup przemyski nadaje kanonikom kapituły przemyskiej dziesięciny w Fulsztynie i wsiach Grodowice, Sąsiadowice, Nadyby, Barańczyce, Olszanik i Dąbrówka w zamian za dziesięciny i grunt w Radymnie.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Tunc enim omni calumpnie ianua precluditur, dum, quod inter mortales agitur, scriptis autenticis et litterarum apicibus memorie comendatur, proinde nos Petrus Dei gracia episcopus, necnon Benedictus prepositus, Andreas decanus, Petrus custos, Franciscus, Bernhardus, Fridro prelati et canonici totumque capitulum ecclesie Premisliensis capitulariter in generali capitulo pro festo sancti Iohannis congregati, volentes ecclesie nostre Premisliensis cathedralis condicionem facere meliorem, talem inter nos hincinde matura deliberacione fecimus ordinacionem, disposicionem et conclusionem, videlicet nos Petrus, episcopus pretitulatus sex marcas cum media pecuniarum decimarum pecunialium ad mensam nostram pontificalem spectancium in opido Felstin, necnon villis Hrodowycze, Sanszadowycze, Nadybye, Baranczycze, Olschanik, Dombrowka [1]) in districtu Premisliensi sitis, que restant et in residuo manent ultra censum annuum undecim marcarum altaris Corporis Christi, per nos de mensa episcopali de consensu prelatorum et canonicorum tociusque capituli Premisliensis fratrum nostrorum erecti, fundati et dotati in ecclesia Premisliensi maiori, unacum excrescenciis, quas in eisdem opido et villis predictis ultra predictas undecim marcas altaris dicti et sex cum media nunc incorporatas in anteea (*sic*) contigerit pretitulatis dominis prelatis et canonicis totique capitulo ecclesie Premisliensis damus, donamus, ascribimus et incorpo-

[1]) Felsztyn miasteczko, Grodowice i Sąsiadowice wsie w powiecie starosolskim. Nadyby, Barańczyce, Olszanik i Dąbrówka wsie w powiecie samborskim.

ramus perpetue et in evum. Nos vero Benedictus prepositus, Andreas decanus, Petrus custos, Franciscus de Orzek, magister Bernhardus, Fridro nec non totum capitulum vicereciproca pretextu huiusmodi donacionis et incorporacionis decimarum prefatarum per ipsum reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Petrum Dei gracia episcopum ecclesie nostre Premisliensis cathedralis nobis factarum, assignamus et asscribimus omnes et singulas decimas omnis grani predialis post araturas curie ipsius in Radympna, quas alias idem reverendus in Christo pater de certis causis pro archidyaconatu ecclesie Premisliensi cathedrali incorporaverat, donaverat et dotaverat ipsumque dominum episcopum et suos successores liberum et liberos mittimus et absolvimus de eisdem decimis eviterne, necnon aream, in qua nunc campanile edificatum est inter domos honorabilis domini Fridronis canonici ex una et vicariorum ecclesie Premisliensis ex altera partibus iacentem, ipsi reverendo in Christo patri et suis legittimis successoribus appropriamus et ascribimus. Occasione cuius aree taliter, ut premittitur, nobis et nostris successoribus incorporate et ascripte, que area fuit et erat venerabilis domini Francisci de Orzek canonici Premisliensis, eidem domino Francisco et suis successoribus legittimis duas marcas de prefatis sex cum media marcis et excrescenciis decimarum predictarum de unanimi consensu et voluntate dictorum prelatorum et canonicorum fratrum nostrorum damus et largimur singulis annis dandas et levandas tempore consuete solucionis et exaccionis. Ut autem hec ordinacio et disposicio robur obtineat perpetue firmitatis, presentes nostras litteras ordinacionis et disposicionis sigillorum nostrorum municione iussimus et fecimus communiri. Actum et datum Premislie feria quiuta proxima post festum sancti Iohannis Babtiste anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, presentibus honorabili et discretis magistro Stephano Plebano in Strzelczycze, Predicatore, Stanislao Rykala Vicario, Andrea Presbitero, Iohanne Morawsky Notario domini episcopi Premisliensis.

Or. perg. (A. 41). Z dwóch pieczęci zawieszonych na sznurkach czerwono-niebiesko-czarnych jedna zaginęła, z drugiej pozostał tylko niekształtny kawałek wosku. Na odwrotnej stronie napis „*Registrata*“.

LXXVI.

W Przemyślu 3. Grudnia 1448 r.

Piotr z Grochowic sędzia i Waszko z Rybotycz podsędek ziemscy przemyscy poświadczają, że Jan z Łopuszki zwolnił Piotra biskupa przemyskiego ze wszystkich żądań, dla których go przed sąd zawezwał i tak samo Fredrę z Pleszowic.

Nos Petrus de Grochowcze iudex et Waszko de Ryboticze subiudex Premislienses significamus tenore presencium, quibus expedit universis tam presentibus, quam futuris' quomodo veniens nobilis Iohannes de Lopuschka sponte et libere recognovit, quia reverendum in Christo patrem dominum Petrum Dei gracia episcopum Premisliensem liberum remittit et remisit pro centum marcis dotalicii et pro advocacia in Radympna et pro omnibus causis aliis et rebus, pro quibus ipsum cittaverat perpetualiter et in evum. Et eciam nobilem Fridronem de Pleschowicze [1]) racione earum pecuniarum libere eciam remittit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Acta Premislie feria tercia proxima ante festum Sancti Nicolai anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, presentibus nobilibus Henrico de Orzek, Iacobo de Byrcza, Henrico de Domasticze, Nicolao Clocowsky, Iohanne de Hermanowicze, Stanislao de Czemerzowicze et aliis quam pluribus nobilibus fidedignis.

Or. perg. (II. 19), dwie pieczęci wraz z paskami, na których wisiały, oderwane.

LXXVII.

W Przemyślu 22. Kwietnia 1449 r.

Piotr z Grochowic sędzia i Waszko z Rybotycz podsędek ziemscy przemyscy poświadczają, jako Mikołaj Szerszeń z Pantalowic pokwitował Piotra biskupa przemyskiego z odebrania całej swej należytości za wójtostwo w Radymnie.

Nos Petrus de Grochowcze iudex et Wascho *(sic)* de Rybotycze subiudex Premisliensis significamus tenore presencium, quibus expedit universis, tam presentibus, quam

[1]) Będzie to pewno ów kanonik przemyski Fredro, który poprzednio często już zachodził zawsze bez chrzestnego imienia.

futuris, quomodo veniens nobilis Nicolaus Schirsehn de Panthaleouicze sponte et libere recognovit, quia reverendus in Christo pater dominus Petrus Dei gracia episcopus Premisliensis sibi plenarie et integre satisfecit pro advocacia in Radimpna, que ad ipsum iure successionis et hereditario pertinebat post mortem olim nobilis Andree fratris ipsius germani. Quiquidem dominus episcopus Premislienis plenarie et ex toto pro eadem advocacia persolvit et ipsam advocaciam condescendit, que advocacia sibi successit, ista omnia domino episcopo Premisliensi perpetualiter resignavit et in evum, nichil ibidem iuris et dominii pro se et suis successoribus reservando. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Acta et data Premislie feria tertia proxima post Conductum Pasche anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, presentibus nobilibus Dobislao Zyrawsky, Petro Wapowsky, Henrico de Orzek, Iohanne Lopuschky, Alberto Zarnowieczsky, Iohanne de Roxicze et aliis quam pluribus fidedignis.

Or. perg. (II. 20), dwie pieczęci wraz z paskami, na których wisiały, zaginęły.

LXXVIII.

W Rzymie 11. Kwietnia 1452 r.

Mikołaj V. papież po śmierci Piotra biskupa przemyskiego ustanawia biskupem Mikołaja kustosza krakowskiego.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis universis vasallis ecclesie Premisliensis salutem (*et*) benedictionem. Hodie ecclesie Premisliensi per obitum quondam Petri illius episcopi extra Romanam curiam defuncti pastoris solatio destitute de per(*sona di*)lecti filii Nicolai custodis ecclesie Cracouiensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio duxi(*mus aucto*)ritate apostolica providendum preficiendo ipsum eidem ecclesie Premisliensi in episcopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. (*Quo*)circa universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debit(*a hono*)rificentia prosequentes et fidelitatem solitam nec non consueta servicia et iura sibi a nobis debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive pen(*am*, *quam*) idem electus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter ob(*servari*). Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem anno incarnacionis do-

minice millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, tercio Idus A*(prilis)* [1]), pontificatus nostri anno s*(exto)*.

Or. perg. (III. 16), cały prawy brzeg odcięty wraz z kilku literami z każdego wiersza. Pieczęć oderwana. Po lewej stronie pod zagiętką: ⨯ ⨯

Ia Baron.
Nunolonibus.

Na odwrotnej stronie: *R(=regestratum). G. de Puteo.*

LXXIX.

1455 r.

Jan Derszniak z Rokitnicy, podkomorzy przemyski rozgranicza wieś Skołoszów od wsi Zabłotce.

Ego Iohannes Derssnak de Rokythnicza succamerarius Premisliensis significo tenore presencium, quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo inter reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Nicolaum Dei gratia episcopum Premisliensem parte ex una, et inter Ramoldum et Cunradum heredes de Zabloczcze parte ex altera granicies limitavimus inter Scoloschow, qui Scoloschow pertinet ad opidum episcopale videlicet Radymna parte ex una, et inter Zabloczcze [2]) parte ex altera et fodimus scrupulos *(sic)*, incipiendo a via, que currit per gayum Zabloczcze usque ad Szossnicza [3]) et incipiendo ab hac via usque ad lutum iuxta scrupulos, qui ibi sunt parati. In cuius rei testimonium sigillum meum est appensum. Anno domini M° quadringentesimo quinquagesimo quinto. Hec acta sunt presentibus nobilibus Nicolao herede de Czelaticze, Nicolao Goląbek et aliis quampluribus fidedignis.

Or. perg. (II. 21), pieczęć wraz z paskiem zaginęła. Dokument ten oblatowano w ziemstwie przemyskiem dnia 6. Lipca 1773 r.

---

[1]) Mogłoby być także *Augusti*. Biskup Piotr Chrząstowski umarł 19. Stycznia 1452 r., do Kwietnia zatem można było zatwierdzić w Rzymie następcę jego.

[2]) Skołoszów wieś w powiecie radymieńskim, własność biskupstwa przemyskiego. Zabłotce wieś w tymże powiecie.

[3]) Sośnica wieś w tymże powiecie.

LXXX.

Na górze skołoszowskiej 5. Kwietnia 1456 r.

Andrzej z Siennowa stolnik halicki i inni rozjemcy załatwiają spór o granicę pomiędzy Skołoszowem a Zamościem.

Nos Andreas de Szennow dapifer Haliciensis, Michael de Kleparz archidiaconus, Nicolaus de Prochnik canonicus Premisliense, Nicolaus Golambek de Nathcouicze, Iohannes Ciran de Szemyonowa Vola, Zauissius de Zakrzow, Iohannes Budek de Zaborze, Iohannes de Drohoiow, Andreas de Zamyechow et Iohannes de Morawsko recognoscimus tenore presentium, quibus expedit universis presentibus et futuris presentium notitiam habituris, quomodo per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Nicolaum Dei gracia episcopum Premisliensem et capitulum suum ab una et nobiles Petrum alias Pyechno, Iaczkonem, Iaszconem et Michno heredes de Zamossczе partibus ex altera in loco granicierum inter bona Scoloschow ad Radimpna pertinencia prefati domini episcopi ex una et Zamossczе [1]) prefatorum nobilium partibus ex altera fiendarum, dum fuimus locati, venientes prefati nobiles ultra nostram ordinacionem et composicionem nostro tamen et ipsorum presentium consensu ad hoc accedente, remiserunt se ad quatuor senes homines prefati domini episcopi actoris, quos elegerunt eis ad placitum, quod qua ipsi irent granicies demonstrando signa et scopuli granicierum per generosum dominum Iohannem de Rokythnicza succamerarium terre Premisliensis deberent signari iuxta modum granicierum idque ipsorum firmarent iuramentis, et casu, quo iidem quatuor non iurarent, extunc prefatorum nobilium alii quatuor per predictum dominum episcopum eligendi iurantes huiusmodi granicies ducerent et iurarent. Tandem prefati reverendi patris domini Nicolai episcopi actoris homines iidem quatuor per partem eam electi et nominati videlicet Rab, Henricus Theutunici de suburbio Radimpnensi, Szidor de Dvnicouicze et Wanszil de Laschky per ipsum dominum episcopum dati granicies inter montem et prata ipsi contigua in Scoloschow ex una et Zamossczе partibus ex altera recte secundum flumen a granicibus Zabloczcze usque ad granicies Radimpnenses eduxerunt et demonstraverunt ac propriis iuramentis taliter firmaverunt iuxta amicabilem nostram composicionem et ambarum parcium consensum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in loco

[1]) Zamoście, wieś w powiecie radymieńskim.

granicierum montis Scoloschow anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto feria secunda in crastino Conductus Pasce, presentibus ibidem nobilibus dominis Paulo Burzinsky, Stephano de Kothulino, Rainoldo de Zabloscze, Waszkone de Byskupicze, Adam Olschowyca de Lubathow et Nyewschczas de Drohoiow et aliis quam pluribus fide dignis.

Or. perg. (II. 22), dolna część odcięta tak że nie ma śladu pieczęci. Dokument ten był oblatowany w aktach ziemskich przemyskich 6. Lipca 1773 r.

LXXXI.

W Przemyślu 4. Października 1456 r.

Henryk z Orzka sędzia i Waszko z Rybotycz podsędek ziemscy przemyscy oznajmiają, że zaciągnęli do ksiąg ziemskich dokument rozgraniczenia Skołoszowa od Zamościa.

Nos Henricus de Orzek iudex et Wasko de Rybothycze subiudex terre Premisliensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quomodo ad nostram nostrorum assessorum presenciam personaliter veniens venerabilis vir dominus Michael archidiaconus Premisliensis procurator reverendi in Christo patris domini domini Nicolai Dei gracia episcopi Premisliensis obtulit et reproduxit literam de et super graniciebus inter bona Skolosow et prata sibi contigua ad Radimpna pertinencia, mensam episcopalem concernencia ab una et bona hereditaria nobilium Petri alias Pyechno, Iaczkonis, Iaszkonis et Michno heredum de Zamoscze partibus ab altera, sigillis appensis arbitrorum in eadem littera contentorum, prout apparebat. munitam, petivitque eandem litteram in librum terrestrem inseri et inscribi et a nobis testimoniales literas sub nostris sigillis iuxta recognicionem sigillorum infrascriptorum arbitrorum et amicabilium compositorum. Nos igitur iudex et subiudex antefati recepta, ruminata et intellecta litera predicta sigillisque eiusdem conspectis cognitis, ad instantem peticionem dicti domini Michaelis archidiaconi ipsam ad librum inseri et inscribi admisimus et decrevimus, cuius litere tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Tutaj następuje dokument rozjemców z 5. Kwietnia 1456 r. oddrukowany powyżej pod (nr. LXXX). Poczem:

In cuius rei testimonium et superius scripte litere per nos recepte et ad librum inscribi admisse et sigillorum recognicionem sigilla nostra presentibus sunt subappensa.

Acta in Premislia feria secunda ipso die sancti Francisci anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, presentibus generosis et nobilibus Nicolao de Nathkouicze, Marcisio de Morawsko, Iohanne de Orzechowcze, Stanislao de Dmitrouicze, Budzywogio de Wolczisczowicze, Marcisio de Nowosyedlcze et aliis quam pluribus fidedignis testibus circa premissa.

Or. perg. (II. 23), dwie pieczęci wraz z paskami zaginęły. Dokument ten oblatowano w ziemstwie przemyskiem dnia 6. Lipca 1773 r.

LXXXII.

W Sandomierzu 5. Maja 1460 r.

Kazimierz Jagiellończyk poręcza biskupowi przemyskiemu, że rozpisany na sejmie piotrkowskim podatek na rok jeden nie ma być w przyszłości stałym ciężarem dla miast do biskupa należących.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presentium, quibus expedit, quomodo exigente regni nostri ac reipublice tum ex bellorum stridore quam ex gravitate et difficultate negociorum Prussie ceptorum imminentissima necessitate gravissimaque opportunitate nec non grandi in maximis summis stypendariorum per nos conductorum involucione et indebitatione, quibus nisi tempestive fuerit succursum et subventum regnum et terre verentur in irrecuperabilia damna prolabi et iacturas; ut autem his remedium et patrocinium valeat salubre ferri bonumque commune in felici statu perseveretur, prelati, barones, proceres, terrigene, et nobiles regni nostri in presenti generali conventione Pyotrkowiensi congregati zelo et favore ac commodum et ubertatem universalis boni sicientes ex speciali ac mera eorum annuencia et voluntate non invite, violenter sive aliquo iure aut consuetudine astricti vel impulsi vectigalia, tallias sive dacias alias vulgari appellacione czysza nuncupatas per et infra singulas et universas civitates et oppida nostras regales, tum etiam spiritualium et secularium personarum regni nostri ad unius anni duntaxat decursum institutas, impositas et indictas iuxta modum, ordinacionem et dispositionem in ipsa convencione expressis (*sic*), interpretatis et limatis (*sic*), levandum, tollendum et exigendum concordi voto admiserunt ac eorum assensum pariter et consensum dederunt et porrexerunt. Ne vero eorundem prelatorum, baronum, procerum, nobilium, terrigenarum, civium ac oppidanorum singulorum dicioni regni nostri parentium prefati, presertim tamen civitatibus et oppidis

reverendi in Cristo patris domini Nicolai episcopi Premisliensis sincere nobis dilecti fervidissima benivolencia, gratitudinis impensio ac ipsarum collectarum et daciarum elargicio et contribucio iuribus prerogativis et libertatibus ipsorum presentibus et verbo nostro regio pollicemur perinde privilegiis, immunitatibus, graciis et libertatibus ac indultis memoratorum prelatorum, baronum, procerum et aliorum subditorum nostrorum, signanter tamen, ut premisimus, civitatibus et oppidis praefati episcopi Premisliensis, uti prefertur, non contravenire, derogare aut annullare volumus. Quin imo ipsas sanas salvas et illesas in suo robore et efficacia fieri per omnia volumus et pronunciamus huiuscemodi vectigalia ac pensas Czisze taliter solvendas in aliquam sequelam, consuetudinem ac laudum minime trahemus, transferemus aut quovis modo usurpabimus, easdem ad unius anni defluxum modo superius designato levaturi, exacturi et percepturi. Harum quibus sigillum nostrum subappensum est testimonio litterarum. Datum Sandomirie feria secunda ipso die sancti Gothardi anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

Relacio venerabilis Iohannis Luthkonis de Brzesze doctoris iuris utriusque, Archidiaconi Gneznensis et Regni Polonie Vicecancellarii.

Or. perg. (II. 25), pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

LXXXIII.

W Brzozowie 29. Maja 1460 r.

Leonard z Przemyśla notaryusz poświadcza, że Jakób z Pantelowic wysłał do Rzymu z apelacją swojego kursora, Marcina z Łomży.

In nomine domini Amen. Sub anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo, indiccione octava, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii, divina providencia pape secundi, anno ipsius secundo, die vero Iovis, XX nona mensis Mai, hora terciarum vel quasi, in caminata domus maioris curie reverendi in Christo patris et domini Nicolai Dei et apostolice sedis gracia episcopi Premisliensis in opido Brzozov diocesis predicte Premisliensis site constitutus personaliter venerabilis dominus magister Iacobus de Panthelowicze custos ecclesie Premisliensis tenens et habens suis in manibus quedam appelacionis et appelacionum instrumenta de manu circumspecti Sigismundi Michaelis de Vysnya, clerici diocesis Premisliensis prefate, publici imperiali auctoritate

notarii confecta a litteris executorialibus reverendi in Christo patris domini Bernhardi episcopi Spolitanensis, ut dicitur, iudicis et executoris litterarum apostolicarum ad instanciam cuiusdam Iacobi prebendarii sancte Crucis in Crosna diocesis Premisliensis antedicte, et contra prefatum magistrum Iacobum custodem ipsiusque litis consortem in vim, ut dicitur, cuiusdam provisionis in personam ipsius domini Bernhardi episcopi Spolitanensis a sede apostolica facte pro et super facto et negocio custodie et ipsius prebende Premisliensis ad sedem apostolicam prefatam interiecte et interiectarum ipsaque instrumenta circumspecto Martino de Lomza diocesis Poznaniensis suo cursori in mitra et cum baculo peregrinorum constituto realiter et cum effectu tradidit et ad arripiendum iter expedivit. Qui quidem Martinus cursor prefatus receptis ad se predictis appelacionis et appelacionum instrumentis, iter ad curiam Romanam arripuit et se ad eandem transtulit. Super qua itineris arreptione prefatus magister Iacobus solemniter protestatus est et sibi fieri et confici peciit unum vel plura publicum instrumentum seu publica instrumenta et hoc presens publicum instrumentum a me notario publico infrascripto. Acta sunt hec anno, indiccione, pontificatus, die, mense, hora et loco, quibus supra, presentibus ibidem honorabili, circumspecto et nobilibus viris dominis Martino de Sanok Presbytero, Andrea Zavischy de Bochnya Notario publico, Iacobo de Bukow et Michaele de Ostrow clericis et laicis Premisliensis et Cracouiensis diocesum, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis et in presentia mei imperiali auctoritate notarii publici subscripti.

Et ego Leonardus Petri de Premislia clericus diocesis Premisliensis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia predictis appelacionis et appelacionum traditioni, pilei et baculi habicioni atque itineris arrepcioni aliisque omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, agerentur, dicerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula premissa sic fieri vidi, scivi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu propria scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis fieri et consuetis consignavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Według transsumtu z 3. Lipca 1461 r. dokonanego przez Piotra z Pilchowic, a oddrukowanego poniżej pod nrem. LXXXVII.

LXXXIV.

W Sienie 26. Lipca 1460 r.

Bernard de Bosco, kanonik ilardeński, protonotaryusz stolicy apostolskiej, ogłasza rozkaz przedłożenia wszystkich dokumentów odnoszących się do sprawy między Jakóbem z Pantelowic a Jakóbem Łysym o kustodyę przemyską.

Bernardus de Bosco, decretorum doctor, canonicus et sacrista Ilardensis, apostolice sedis prothonotarius, causarum et cause ac partibus infrascriptis a domino nostro papa auditor specialiter deputatus universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus, thezaurariis, sacristis, tam cathedralium quam collegiatarum canonicis parochialiumque ecclesiarum rectoribus seu locatenentibus eorundem, plebanis, viceplebanis, cappellanis curatis et non curatis, vicariis perpetuis, altaristis ceterisque presbyteris, clericis, notariis et thabellionibus publicis quibuscunque per civitatem et diocesim Premisliensem et alias ubilibet constitutis, et eorum cuilibet in solidum, ad quem seu ad quos presentes nostre litere pervenerint, salutem in domino et presentibus fidem indubiam adhibere nostrisque huiusmodi ymoverius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, quod nuper sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pyus divina providentia papa secundus quandam commissionis sive supplicacionis cedulam nobis per certum suum cursorem presentari fecit, quem nos cum ea, qua decuit, reverencia recepimus, huiusmodi sub tenore:

Dignetur Sanctitas vestra causam et causas appellacionis et appellacionum pro parte devoti oratoris vestri Iacobi de Panthelowicze custodis Premisliensis a nonnullis pretensis requisicionibus ac monicionibus et mandatis in vim pretensarum litterarum et processuum apostolicorum non tamen executorialium sive cum re iudicatis ad dimittendam possessionem dicte custodie Premisliensis aliisque molestacionibus, vexacionibus, impedimentis et gravaminibus dicto oratori pro parte cuiusdam Iacobi Cabeus (*sic*) Nicolai asserti clerici adversarii occasione dicte custodie factis prestitisque et illatis et in appellacione desuper interiectis lacius expressatis ad Sanctitatem vestram sanctamque sedem apostolicam interposite et interpositarum, nullitatisque et iniquitatis nec non surrepcione et obrepcione literarum et processuum ac monicionum, requisicionum et omnium aliorum premissorum nec non attemptatorum et innovatorum prius et contra appellacionem huiusmodi una cum toto negocio principali alicui ex reverendis presentibus dominis sacri pallacii apostolici causarum auditoribus commitere audiendum, cognoscendum, decidendum et fine debito

terminandum cum omnibus et singulis suis emergenciis, incidenciis, dependenciis, annexis et connexis ac potestate dictum Iacobum adversarium omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes et in execucione nominandi in Romana curia et extra ac ad partes tociens quociens opus fuerit citandi et inhibendi in forma dictumque oratorem per se vel alium simpliciter vel ad cautelam absolvendi, non obstante, quod causa seu cause huiusmodi non sunt ad Romanam curiam legitime devolute aut in ea de sui natura seu iuris necessitate tractande seu finiende ceterisque contrariis quibuscunque.

In fine vero dicte commissionis sive supplicacionis cedule scripta erant de alterius manu littera superiori littere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec videlicet verba: De mandato domini nostri pape audiat magister Bernardus Bosco, citet, ut petitur, absolvat omnia ad cautelam per se vel alium, si et prout de iure et iusticia faciat.

Cuius quidem commissionis vigore citacione legitima una cum inhibicione inserta extra Romanam curiam et ad partes per nos in forma solita et consueta decreta subsequenter sint nobis pro parte honorabilis viri domini Iacobi de Panthelowicze principalis in preinserta nobis facta et presentata commissione principaliter nominati expositum cum querela, quod nonnulli domini prelati, iudices, officiales, commissarii, ordinarii et extraordinarii delegati, subdelegati, executorum subexecutores, capellani, conventus, collegia, clerici, notarii et thabelliones publici alieque persone tam ecclesiastice quam seculares civitatis et diocesis predicte ac alibi constituti penes se haberent et detinerent ac scirent habendum et detinendum in eorum cistis, scriniis, archis, thecis, custodiis ac notis manualibus, prothocollis sive regestris nonnulla acta acticata, litteras, scripturas, privilegia, statuta, processus, instrumenta ac alia iura et munimenta causam et causas huiusmodi tangentes et tangencia et eam vel eas quomodolibet concernentes et concernencia et pro defensione ac cognicione iuris dicti domini Iacobi principalis necessarias et necessaria et sine quibus de huiusmodi cause meritis ad plenum liquere et constare non poterit, quapropter fuimus pro parte supradicti domini Iacobi principalis debita cum instancia requisiti, quatinus sibi super hoc de opportuno remedio providere litterasque compulsorias generales in talibus fieri consuetas extra Romanam curiam et ad partes predictas in forma solita et consueta decernere et concedere dignaremur. Nos igitur Bernardus auditor prefatus attendentes requisicionem huiusmodi fore instam et consonam racioni et quod iusta petentibus non est denegandus assensus, bonique iudicis sit cuncta rimari, ne occasione occultacionis iurium presencium hinc inde ius alicuius eorundem valeat deperire, ideirco auctoritate apostolica nobis commissa, et qua fungimur in hac parte, vos omnes et singulos supradictos, quibus presentes nostre littere diriguntur et vestrum quemlibet in solidum tenore presencium primo, secundo, tercio et peremptorie communiter vel divisim requirimus et monemus vobis nichilominus et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub

infrascriptis sentenciarum penis districte precipiendo mandamus, quatinus infra sex dierum spacium post presentacionem seu notificacionem presencium vobis seu alteri vestrum factis et postquam pro parte dicti domini Iacobi principalis vigore presencium super hec fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequentibus, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies vobis omnibus et singulis supradictis pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica assignamus, ita tamen, quod in his exsequendis unus vestrum alium non exspectet nec unus pro alio se excuset, prefatos dominos prelatos, iudices, officiales. collegia, capellanos, conventus, notarios, thabelliones publicos et alias personas quascunque ecclesiasticas et seculares atque loca per exhibitorem presencium vobis nominandos, nominandas et nominanda personaliter accedatis eosque et eas auctoritate apostolica supradicta recipiatis et moneatis, quos et quas nos eciam tenore presencium sic requirimus et monemus, eis et eorum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub eisdem penis infra scriptis districte precipiendo mandantes, quatinus infra duodecim dierum spacium post presentacionem et requisicionem vestras huiusmodi eis factas immediate sequentium, quorum duodecim dierum quatuor pro primo, quatuor pro secundo et reliquos quatuor dies eis et eorum cuilibet pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica assignetis, prout nos eciam sic eisdem assignamus, omnia et singula acticata litteras, scripturas, instrumenta, processus, iura, privilegia ac alia munimenta quecunque causam et causas huiusmodi tangentes et tangencia penes nos existentes et existencia originaliter et in eorum formis originalibus vel eorum vera transsumpta ex eorum formis originalibus ac eorum notis sive manualibus huiusmodi in publicam formam redactas et redacta ac sub sigillis autenticis sigillatas et sigillata et sub talibus modo et forma, quod eisdem in dicta Romana curia et alibi in iudicio et extra merito valeat et debeat fides plenaria adhibere, nil addendo vel minuendo aut mutando, quod facti scribam (*sic*) immutet ac variet intellectum, prefato domino Iacobo principali aut eius legitimo procuratori seu presencium exhibitori nobis seu aliis forsan loco nostri in causa seu causis huiusmodi interim surrogando auditori ad eandem Romanam curiam deferendas et deferenda sine difficultate et contradictione quibuscunque coram vobis tradant libere et assignent ac extrahi, transsumi et exemplari eorumque sigilla, signa et manus notariorum recognosci faciant et procurent. Satisfacto tamen primitus illi vel illis cui vel quibus satisfaccio fuerit impendenda pro et de eorum laboribus et sallario competentibus; si vero dicta iura et munimenta per quoscunque detineantur abscondita, detentores ipsos ad tradenda et habere scienda, ad revelanda huiusmodi iura et munimenta auctoritate nostra ymmoverius apostolica prefata per censuram ecclesiasticam appelacione postposita compellatis. Quod si forte premissa omnia et singula, prout ad vos et eos ac vestrum et eorum quemlibet communiter vel divisim pertinet, non adimpleveritis, adimpleverint seu adimple-

verit mandatisque et monicionibus nostris huiusmodi ymmoverius apostolicis non parueritis, paruerint seu paruerit cum effectu, aut aliquod in contrarium feceritis, fecerint seu fecerit quoquomodo publice vel occulte, directe vel indirecte, nos in vos et eos, ac vestrum et eorum quemlibet nec non contradictoresque quoslibet et rebelles tam coniunctim quam divisim ex nunc prout extunc et extunc prout exnunc singulariter in singulos dictis canonicis monicionibus premissis excommunicacionis, in capitula vero et collegia quecunque in his delinquencia suspensionis a divinis, et in ipsorum delinquencium ecclesias et monasteria interdicti sentencias ferimus in his scriptis et eciam promulgamus, diem vero requisicionis et monicionis vestrarum huiusmodi atque formam et quanta fides dictis actis, iuribus et munimentis fuerit adhibenda ac quicunque vobis occurrerit relacione dignum in premissis nobis per vestras patentes litteras seu instrumentum publicum harum seriem seu designacionem in se continentem sive continens remissis presentibus fideliter intimare curetis, absolucionem vero omnium et singulorum, qui prefatas nostras sentencias aut earum aliquam incurrerint sive incurrerit quoquomodo nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras compulsorias sive presens publicum instrumentum exinde fieri et per notarium publicum nostrumque et cause huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus, sigillique nostri iussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Senis in domo habitacionis nostre sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, indictione octava, die vero Sabbati, vicesima sexta mensis Iulii, pontificatus prefati domini nostri domini Pii pape secundi anno secundo, presentibus ibidem discretis viris Iohanne de Seni et Iohanne Nicolai de Mernilla familiaribus nostris, clericis Barchinonensis et Treverensis diocesum, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Rudolphus Gswentner clericus Ratisponensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius reverendique patris domini Bernardi prothonotarii et auditoris prefati ac huiusmodi cause coram eo scriba, quia dictis litterarum compulsoriarum peticioni et decreto omnibusque aliis et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, per prefatum dominum auditorem et coram eo fierent et agerentur una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum per alium, me aliis occupato negociis, scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi una cum prefati domini auditoris sigilli appensione in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Według transsumtu z dnia 3. Lipca 1461 r. wystawionego przez Piotra z Pilchowic, a oddrukowanego poniżej pod nrem. LXXXVII.

LXXXV.

Na szczycie góry Turzydział 25. Sierpnia 1460 r.

Piotr z Ryterowic podkomorzy ziemi sanockiej poświadcza, że Jan z Pilczy wojewoda krakowski, Andrzej z Sennowa stolnik halicki i Waszko z Rybotycz sędzia przemyski rozgraniczyli jako komisarze królewscy wsie Jasienicę, Orzechownicę i Jabłonicę należące do Henryka Kamienieckiego i Domaradz, Płoszyną Wolę, Starą Wieś i Brzozów, należące do biskupa i kapituły przemyskiej.

Nos Petrus de Rytherowcze succamerarius terre Sanocensis generalis significamus tenore presencium, quibus expedit universis et singulis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo accedentes personaliter ad nostram nostrorumque assessorum presenciam videlicet generosus dominus Henricus de Camyenyecz tamquam actor ex una et reverendissimus in Christo pater dominus Nicolaus Dei gratia episcopus Premisliensis cum venerabili capitulo supradicte ecclesie cathedralis Premisliensis tamquam pars adversa et citata ex altera partibus, ex amicabili concordia et unanimi deliberacione suorum animorum, nec compulsi, nec coacti, neque aliquo alio dolo devie seducti, ymo freti suorum amicorum consilio, recognoverunt, mutuo inter se ipsos fecisse limites seu granicies perpetuas et eviternas per magnificum et generosos dominos Iohannem de Pylcza pallatinum Cracouiensem, Andream de Sennow dapiferum Haliciensem et Waszkonem de Rybothycze iudicem Premisliensem, arbitros et amicabiles compositores per serenissimum dominum Kazimirum Dei gratia Regem Polonie etc. partibus predictis specialiter deputatos et ipsorum nobiles quatuor et quatuor senes limitatas, ordinatas et dispositas inter bona hereditaria seu villas vel hereditates ipsorum ex utraque parcium videlicet inter bona seu hereditates vel villas dictas Iasszyenycza, Orzyechownicza et Iablonycza [1]) supradicti domini Henrici Camyenyeczky, actoris ab una, Domaradz, Ploszyna Wola, Blysne, Starawyesz [2]) et Brzozow, opidum cum suburbiis eiusdem opidi antefati reverendissimi in Christo patris domini Nicolai Dei gratia episcopi Premisliensis et eius venerabilis capituli iamdicte ecclesie Premisliensis

[1]) Jasienica, Orzechówka i Jabłonica polska wsie w powiecie brzozowskim.

[2]) Domaradz, Płosina, Blizne i Stara Wieś, wsie w powiecie brzozowskim do biskupstwa przemyskiego należące.

partis adverse et citate ab altera partibus modo tali et ordine, quia primum scopulum angularem alias narosznicą per nos succamerarium supradictum fecerunt, ordinaverunt et sipaverunt alias wszypali in summitate montis, in silva dicta Thwrzydzyal circa parietem terre Sandomiriensis supra decursus fluviorum alias nad wyrzchowynamy pothokow dictorum Crosne terre Sandomiriensis dominorum Lutheczkych, Blądne [1]) domini Henrici Camyenyeczky et Domaradzskye prefatorum domini episcopi et eius capituli Premisliensis, in quo scopulo stat arbor dicta fagus alias buk. Et ab eodem scopulo angulari limitaverunt ipsorum granicies et scopulos sipaverunt alias wszipali divisione moncium seu collium alias dzialem inter decursus fluviorum alias myedzy wyrzchowynamy dictorum Blądne domini Henrici Camyenyeczky et Domaradskye domini episcopi et eius venerabilis capituli usque ad decursum fluvii dicti Grodeczna, supra cuius decursum sipaverunt scopulum, in quo stat arbor vulgariter dicta Iawor. Et a dicto scopulo supradictus fluvius Grodeczna dividit et mediat inter ipsas granicies, cuius fluvii Grodeczna unam ripam seu litus alias brzeg dominus Camyenyeczky versus villam Iasszienicza, in quo finitur angularis scopulus, et aliam ripam seu litus dominus episcopus cum venerabili capitulo a villis Domaradz et Ploschyna Wola sibi ipsis pro veris et certis graniciebus habere debent et debebunt. Et ab isto scopulo fluviali Grodeczna a parte domini Camyenyeczky transeunt granicie per scopulos signatos per campos novi laboris, per unam partem libertatis dicte Zawada usque ad fluvium Stobnicza. Et a flumine Stobnicza eciam scopuli sunt sipati et vadunt usque ad ripam fluvii dicti Iasszyenycza per campos antiqui laboris alias przesz stare robothy et per fluvium Iasszyenycza pertranseundo. Alii multi scopuli sunt sipati et vadunt per campos et per divisionem alias przesz dzyal usque ad fluvium Orzyechownycza et ibi tunc ex una parte Orzyechownycza unus scopulus et ex alia parte alter scopulus sunt sipati. Et ab istis scopulis et a flumine Orziechownicza fluit quidem rivulus alias pothok usque ad summitatem ipsius. Cuius rivuli seu fluvii dominus Camyenyeczky unam ripam a villa Orzyechownycza tenet et dominus episcopus cum suo venerabili capitulo Premisliensi a civitate Brzozow aliam ripam. Et a summitate prefati fluvii alii scopuli sipati dividunt et transeunt per silvas et rubeta, per viam civitatis Brzozow, que ducit in ripam fluvii alias pothok, qui appellatur Parva Orzyechowka et per istum fluvium supra transit usque ad summitatem et decursum supradicti fluvii. Cuius fluvii supradicti Parva Orzyechowka unam ripam seu litus dominus Camyenyeczky versus villas Orzyechownycza et Iablonycza et reverendissimus dominus episcopus cum suo venerabili capitulo Premisliensi aliam ripam seu litus versus civitatem Brzozow pro veris certis graniciis habebunt et habere debebunt. Et a summitate sive decursu alias od wyrzchowin supradicti fluvii Orzyechowka Parva

[1]) Błądowa wieś w powiecie tyczyńskim.

per divisionem alias dzyalem scopuli sunt sipati et transeunt directe usque ad summitatem fluvii dicti Calynycza. Et a summitate alias od wyrzchowyn supradicti fluvii Calenycza vadunt et transeunt alii scopuli sipati per divisionem alias dzyalem et per silvas usque ad viam, que ducit de Brzozow in Crosnam usque advenerit sive attingerit parietes hereditatum Malynowska [1]) pro tunc magnifici domini Petri Smoliczsky castellani Sanocensis et Smynycza [2]) domini Thwropolsky. Et ibi scopulus ex una parte supradicte vie et alter scopulus ex alia parte angulares alias narosznicze circa stipitem sive truncum taxe alias w pnya Czissowego sunt sipati. Et Petrus Czwicla ministerialis circa primum et ultimum scopulos angulares proclamavit primario, secundario, terciario et quartario vicibus iuxta iuris formam granicierum, promittentes se sibi ipsis supradicti domini ex utraque parte mutuo occasione premissarum granicierum ab omnibus impedimentis atque dampnis quarumlibet personarum, iuxta quod prescripcio pertinet ad quamlibet personam, iuxta consuetudinem granicierum terrestrem tueri, intercedere et relevare, hoc specialiter expresso, quod a loco videlicet a scopulo, qui est sipatus in ripa fluvii Parva Orzechowka, a quo nobiles ipsius domini Henrici Camyenyeczky non finitis graniciebus recesserant, granicie amicabiles per nobiles dominorum episcopi et sui capituli de consensu et voluntate predicti domini Henrici Camyenyeczky senibus aliis adiunctis sunt finite et limitate et scopuli sipati et firmati. Ipse prefatus dominus Camyenyeczky prefatum dominum episcopum cum suo capitulo Premisliensi a magnifico domino Petro Smoliczky castellano Sanocensi ab hereditate seu villa Malynowka et ab aliis vicinis promisit et debet intercedere ab omnibus dampnis et impedimentis, si que predictis dominis episcopo et suo capitulo occasione premissarum granicierum movere voluerint et se pro eisdem posuit evictorem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum in summitate montis Thwrzydzyal feria secunda proxima post festum sancti Bartholomei apostoli anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, presentibus hiis nobilibus dominis Nicolao Goląbek de Nathcouicze Premisliensi, Cristino de Wzdow Sanocensi Subiudicibus, Leonardo de Pobyedne, Andrea de Zwrouicze, Georgio Czessik de Bukowe, Iohanne Oszwyenczymka de Kwnow testibus ad premissa vocatis et quampluribus aliis fide dignis.

Or. perg. (II. 24), pieczęć wraz z paskiem oderwana. Dokument ten był oblatowany w grodzie Sanockim 1. Lipca 1774 r.

---

[1]) Malinówka wieś w powiecie brzozowskim.

[2]) *Smynycza* takiej wsi odszukać nie umiem.

LXXXVI.

Na sejmie piotrkowskim 19. Grudnia 1460 r.

Kazimierz Jagiellończyk zastawia Budzywojowi z Wolczyszczowic wieś Duńkowice w sumie stu grzywien.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo attentis constantis fidelitatis obsequiis grateque fidei meritis generosi Petri Donyn de Prawkowycze succamerarii Sandomiriensis et marschalci curie nostre, fidelis nostri dilecti, quibus nobis complacuit, ancteque sue fidei studio in futurum prestancius placere poterit, sibi centum marcas monete et numeri Polonicalium, quadraginta et octo grossos marcam in quamlibet computando, apud nobilem Budzywoy de Volczyszczowycze levandas intercessimus, intercedimusque presencium per tenorem. Quemquidem Budywoy (*sic*) de huiusmodi centum marcis assecurare et indempnem efficere cupientes, sibi easdem in et super villa nostra Dankowycze (*sic*) in terra Russie et districtu Premisliensi sita inscripsimus, assignavimus et demonstravimus, inscribimusque et assignamus tenore presencium mediante. Quamquidem villam Dankowycze memoratus Budzywoy cum omni iure, proprietate et dominio, nec non censibus, fructibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, allodiis, domibus, silvis, borris, nemoribus, gais, rubetis, lacubus, stagnis, piscinis, piscaturis, fluviis, aquis et earum decursibus, molendinis et eorum emolimentis et generaliter cum omnibus et singulis eiusdem ville utilitatibus, connexis, pertinenciis et obvencionibus universis tenebit, habebit, pacificeque et quiete possidebit tamdiu, quousque per nos aut successores nostros prefato Budzywoy aut suis successoribus legitimis huiusmodi centum marce integraliter et ex toto fuerint exolute. Quibus solutis possessio ville antefate ad nos et successores nostros revertetur pleno iure, iuribus nostris regalibus et stacionibus solitis et conswetis pro nobis reservatis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio litterarum. Datum in convencione generali Pyotrkouiensi feria sexta ante festum sancti Thome apostoli anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

Relacio reverendi patris domini Iohannis de Brzesze iuris utriusque doctoris, Electi ecclesie Cracouiensis, regni Polonie Vicecancellarii.

Or. perg. (B. 28), pieczęć i pasek, na którym wisiała, zaginęły. Dokument jest w środku dosyć znacznie rozcięty. Na zagięteе po prawej stronie napisano: *Lectum per Albertum de Zichlin regni Polonie vicecancellarium.* Na odwrotnej stronie współczesną ręką: *Regestrata.*

LXXXVII.

W Przemyślu 3. Lipca 1461 r.

Piotr z Pilchowic kanonik i oficyał przemyski zarządza spis aktów dotyczących sporu o kustodyę przemyską pomiędzy Jakóbem z Pantelowic a Jakóbem Łysym z Krosna.

In nomine Domini Amen. PEtrus de Pylchowicze, canonicus et officialis generalis Premisliensis necnon compulsor reverendi patris domini Bernhardi de Bosco, decretorum doctoris, canonici et sacriste Ilardensis, apostolice sedis protonotarii, causarum et cause ac partibus infrascriptis a domino nostro papa auditoris specialiter deputati, vigore clausule: quod si forte etc. deputatus, publice recognoscimus et ad cunctorum noticiam deducimus per presentes, quomodo de anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, die Martis, vicesima tertia mensis Iunii, hora tertiarum vel quasi, in domibus nostrarum habitacionum et in pallatio communi Premislie in platea canonicorum sitis, in nostri ac circumspecti Sigismundi Michaelis de Vysznya, clerici Premisliensis diocesis, publici imperiali auctoritate notarii causarumque et cause presentis coram nobis scribe, et testium infrascriptorum presencia nobis tunc ad iura reddenda et causas audiendas in loco suo solito et consueto pro tribunali sedentibus, comparuit honorabilis magister Stanislaus de Luboradz procurator et nomine procuratorio venerabilis viri magistri Iacobi de Panthelowicze, custodis Premisliensis, de cuius procuracionis mandato nobis legitimis constabat atque constat documentis, nobis literas compulsorias infrascriptas prefati domini Bernhardi de Bosco vero sigillo oblonge figure in cordula lini brunatici coloris, intus de rubea, extra vero de alba sive communi ceris impendenti sigillatas, sanas, salvas et integras, non viciatas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes circumspectique Rudolphi Gswentner, clerici Ratisponensis diocesis, publici apostolica et imperiali auctoritatibus notarii prelibatique domini Bernhardi auditoris et huiusmodi cause coram eo scribe conscriptas et consignatas exhibuit et presentavit huiusmodi sub tenore.

Tutaj następuje dokument Bernarda de Bosco z r. 1460 (powyżej pod nrem. LXXXIV). Poczem niniejszy dokument brzmi dalej:

Post quarum quidem litterarum presentacionem et recepcionem nobis et per nos, ut premittitur, factas, prefatus magister Stanislaus procurator predicti magistri Iacobi

legitimus dixit, exposuit et allegavit, quomodo in Romana curia causa inter prefatum magistrum Iacobum custodem Premisliensem ex una et quendam Iacobum Calvum de Crosna assertum baccalaureum adversarium de et super custodia Premisliensi coram reverendo patre domino Bernhardo de Bosco auditore memorato vertitur et quod sint nonnulla iura et privilegia in manibus certorum dominorum et notariorum in partibus et presertim aput discretum Andream presbyterum de Byalinin, ut dicebatur, procuratorem et sindicum venerabilis capituli Premisliensis et circumspectum Leonardum Petri de Premislia publicum imperiali auctoritate notarium, que faciunt pro parte prefati magistri Iacobi. Unde nos vigore predictarum litterarum monuit, requisivit et hortatus est, quatenus ad execucionem ipsarum procedere et ipsos habentes predicta iura monere predicta auctoritate apostolica vigore dicti mandati ad exhibenda ipsa coram se ad certum diem, ut transsumentur et in publicam formam redigantur, nec non citacionem per edictum contra dictum Iacobum Calvum adversarium et omnes alios sua communiter vel divisim interesse putantes ad videnda huiusmodi iura exhiberi signaque et sigilla et manus notariorum recognosci et testes super recognicione sigillorum et manuum notariorum iurari iuraque exhibita transsumi et in publicam formam redigi et decretum nostrum apponi nostroque sigillo autenticari et publicari et ad curiam Romanam fideliter transmitti dare et decernere dignaremur. Nos vero Petrus officialis et compulsor memoratus attendentes huiusmodi peticionem, utpote iustam, iuri et racioni consonam, sibi in executorem discretum Martinum Rzepka, vicarium perpetuum ecclesie Premisliensis memorate, ibidem presentem ad monendos prefatos Andream presbyterum et Leonardum notarium vigore predicti mandati, ut infra tres dies privilegium fundacionis et dotacionis custodie Premisliensis predicte et alia iura ad nos ad transsumendum reponerent realiter et cum effectu, ac citacionis litteras per edictum ad instanciam prefati magistri Iacobi custodis et contra prefatum Iacobum Calvum de Crosna assertum baccalaureum, prout petitum est, decrevimus dandum. Quiquidem Martinus Rzepka vicarius mox et in continenti nobis et predicto Sigismundo notario infrascripto causarum et presentis cause coram nobis scribe, ac parendo mandatis nostris ymoverius apostolicis retulit se monuisse vigore predictarum litterarum apostolicarum ad instanciam prefati Iacobi custodis predictos Andream presbyterum et Leonardum Petri de Premislia publicum imperiali auctoritate notarium ibidem presentes, ut infra tres dies predicta iura, privilegia et instrumenta ad transsumendum reponerent et darent, infra quos dies et citatio prepetita per nos decreta fuit. Quo termino adveniens prefatus magister Stanislaus de Luboradz, predicti magistri Iacobi custodis procurator legitimus, nobis iudicio pro tribunali presidentibus iudicialiter comparens predictorum Andree presbyteri et Leonardi notarii sepe nominatorum monitorum modo superius premisso et non comparencium neque in termino aliquid facere curancium contumaciam accusavit et in ipsorum contumaciam petivit

per nos Petrum officialem compulsorem prefatum predictos Andream presbyterum et Leonardum notarium declarari incidisse sentencias excommunicacionis predictarum litterarum compulsoriarum. Ex adversoque predicti circumspectus Leonardus instrumentum de itinere arrepto de manu sua modo premisso coactus et compulsus inferius insertum et discretus Andreas presbyter memoratus duas litteras seu privilegia fundacionis, dotacionis et ereccionis custodie unam sub sigillis et titulis olim reverendi patris domini Petri episcopi et capituli et aliam advocati Premisliensis in pergameno scriptas, unam litteram duobus sigillis veris videlicet predicti domini Petri episcopi ab extra de communi, ab intra de rubea ceris, in cuius medio sagitta in principio divisa, et in medio crux sculpta seu scripta apparebat, in circumferenciis eiusdem verba scripta legebantur: Sigillum Petri Dei gracia episcopi Premisliensis. In alio vero sigillorum medio eiusdem littere videlicet venerabilis capituli Premisliensis due imagines una beate Marie virginis puerum gestans in dextra et in sinistra manibus sceptrum, et alia ymago sancti Iohannis agnum tenens in manu, in circumferenciis vero eiusdem sigilli secundi verba scripta legebantur: Sigillum maius capituli ecclesie Premisliensis, ab extra de communi, ab intra de viridi ceris. Et secundam litteram advocati Premisliensis vero sigillo ipsius in pensula sericea, ab extra de communi, ab intra de nigra ceris, in cuius sigilli medio caput leonis yrsutum flammas de ore mittens, in circumferenciis: Sigillum Valentini de Balicze impendenti sigillatas, sanas, salvas et integras, non viciatas, non cancellatas, non abolitas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, ipsas litteras nobis facto et realiter compulsi et coacti exhibuerunt et presentaverunt, quas quidem litteras et instrumenta huiusmodi sub tenore, et primo instrumentum de itinere arrepto sequitur in hunc modum:

Tutaj następuje dokument notaryusza Leonarda z Przemyśla z 29. Maja 1460 r. (powyżej nr. LXXXIII). Poczem:

Deinde litterarum fundacionis, de quibus mencio supra fuit, tenor sequitur:

Teraz następuje dokument Piotra biskupa przemyskiego z 26. Czerwca 1444 r., oddrukowany powyżej nr. LXXIV. Poczem:

Post hoc littere advocati tenor, de qua supra mencio:

Teraz następuje dokument adwokata Wankona z 25. Kwietnia 1444 r., oddrukowany powyżej nr. LXXIII. Poczem:

Post quarum quidem litterarum presentacionem et exhibicionem nobis et per nos, ut premittitur, factas mox et in continenti die et termino date presencium nobis adhuc pro tribunali resididentibus (*sic*) prefatus magister Stanislaus de Luboradz predicti magistri

Iacobi legitimus procurator iudicialiter recomparens, ut prius, reproducta citacione inferius inserta per edictum debite executa iuxta morem patrie ad instanciam predicti magistri Iacobi custodis et contra prefatum Iacobum Calvum de Crosna asertum baccalaureum et sua communiter vel divisim interesse putantium ab auditorio nostro emanata, ipsius Iacobi Calvi citati et non comparentis contumaciam accusavit et in ipsius contumaciam petivit per nos predicta iura et litteras seu instrumenta transsumi, transscribi sigillaque et signa ac manus notariorum recognosci, ac testes super recognicione sigillorum et manuum notariorum iurari et pro recognitis haberi inraque exhibita transscribi et in formam publicam redigi et decretum nostrum apponi nostroque sigillo autenticari et publicari, ad curiam Romanam fideliter remitti, alias, prout et quemadmodum sibi tenor citacionis predicte ostendebat, sibi fieri postulavit, ac nichilominus executorem sibi per nos Petrum officialem et compulsorem prelibatum statim et in continenti nobis tunc pro tribunali sedentibus aliquem executorem ad sui instanciam contra nonnullos testes ibidem in audiencia nostra presentes ad recognoscendum predicta sigilla medio corporali iuramento et contra prefatum Iacobum Calvum ex adverso principalem ad hoc prius per citacionem superius nominatam citatum dari et decerni peciit et obtinuit discretum Paulum quondam de Noszdrzecz commendarium nunc in Ducla vicarium presbyterum ibidem tunc presentem, qui et statim nobis et circumspecto Sigismundo Michaelis de Vysnya causarum et presentis cause coram nobis scribe ac parendo nostris mandatis ymmo verius apostolicis vigore dicti mandati retulit, se citasse ad instanciam predicti magistri Iacobi circumspectos dominos Leonardum Petri de Premislia, Andream Zavissii de Bochnya, Iohannem de Cobilino, Mathiam Malarium notarios imperiali auctoritate publicos et causarum consistorii Premisliensis procuratores ibidem presentes ad iurandum de perhibendo testimonio veritatis de sigillis litteris predictis appendentibus nec non ad recognoscendum eadem sigilla, manus executorum et notariorum, prout alias in commisso et mandato nostro habuit, terminum ipsis ad horam predictam coram nobis Petro officiali et compulsore prefato asignantes, quiquidem testes superius scripti statim et in continenti ad mandatum nostrum et in manibus nostris tactis per eos et eorum quemlibet clericos sacrosanctis scripturis ad sancta Dei ewangelia, laycos vero et seculares signo crucifixi ad passionem eius iuramenti et dixerunt et quilibet eorum iuravit et dixit se sigilla cerea unum predicti domini Petri olim episcopi, aliud capituli Premisliensis littere seu privilegio fundacionis, dotacionis et ereccionis custodie Premisliensis superius inserte impendencia bene et debite cognoscere illaque fore et esse illorum, quorum esse dicebantur, videlicet unum predicti domini Petri episcopi et aliud capituli, quibus communiter prefati episcopus et capitulum in rebus privilegiatis utebantur, et consequenter sigillum nobilis olim Vanconis de Balicze circa aliam litteram superius insertam impendens modo premisso dixerunt et iuraverunt, illud bene et debite cognoscere illudque fore et

esse illius, cuius esse dicitur, videlicet domini Valentini Wankonis de Balicze, ac predicti duo testes videlicet Iohannes de Cobilino et Mathias Malarius se cognoscere manum predicti Leonardi publici imperiali auctoritate notarii, et de ipsius legalitate circa instrumentum de itinere arrepto dixerunt et iuraverunt successiveque de circumstanciis, clausulis et punctis ibidem omnes predicti dixerunt et disposuerunt sub eisdem iuramentis et quilibet eorum disposuit et dixit omnia predicta in dictis litteris contenta, quemadmodum continentur, fore et esse vera, iusta, legitima et racionabilia et presertim, quod iuxta huiusmodi ordinacionem episcopus, capitulum et advocatus disponebant de custodia, dum ipsam vacare contingebat et similiter de aliis in eisdem litteris contentis.

Tenor vero citacionis, de qua fecimus mencionem supra, sequitur in hunc modum.

Petrus de Pylchowicze canonicus et officialis Premisliensis generalis nec non executor ad infrascripta per reverendum in Christo patrem dominum Bernardum de Bosco decretorum doctorem, canonicum et sacristam Ilardensem, apostolice sedis prothonotarium, causarum ac cause et presentibus infrascriptis ab eodem domino nostro papa auditorem specialiter deputatum vigore illius clausule: Quod si forte etc. deputatus, honorabilibus et discretis viris, rectoribus, vicariis ceterisque presbyteris ac ebdomadariis ecclesie cathedralis Premisliensis ac aliis ubilibet constitutis presentibusque requirendis salutem in domino. Litteras compulsoriales pro parte venerabilis magistri Iacobi de Panthelowicze custodis ecclesie cathedralis Premisliensis principalis et in eisdem litteris compulsorialibus principaliter nominati contra et adversus suum ex adverso principalem infrascriptum, sanas, salvas et integras, non viciatas, non cancellatas, non abrasas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, exhibitas et presentatas, nos cum ea, qua decuit, reverentia noveritis recepisse, quarum tenorem propter earum prolixitatem inserendum obmisimus, de ipsarum tamen tenore fidem aput acta nostra faciemus pleniorem, aut ipse dominus Bernardus auditor faciet loco et tempore opportunis requisiti. Post quarum quidem litterarum compulsorialium presentacionem et recepcionem fuimus pro parte dicti magistri Iacobi de Panthelowicze requisiti, quatenus sibi contra Iacobum Calvum Nicolai de Crosna sancte Crucis prebendarium et alios sua communiter vel divisim interesse putantes ad videndum et audiendum litteras, instrumenta, privilegia, munimenta, acta acticata et deposiciones testium, notas, ad causas inter ipsos vertentes, facientes et faciencia, transsumi et exemplari, ac testes nominari nonnullos ad recognoscendum iudicum sigilla et manus notariorum inducendas citacionis litteras decernere dignaremur. Nos vero executor prefatus predictas huiusmodi litteras decrevimus fore dandas et presentibus decernimus, quo circa vobis predictis executoribus auctoritate nobis in hac parte commissa et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub excomunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet trina monicione canonica previa ferimus in his scriptis, nisi feceritis, que mandamus, districte

precipientes, quatenus ad instanciam predicti magistri Iacobi de Panthelowicze prefatum Iacobum de Crosna aut suum procuratorem ex adverso principales, omnesque alios sua communiter vel divisim interesse putantes et in execucione presencium nominandos in eorum propriis personis, si ipsorum presentia comode habere poteritis, alioquin ipsum Iacobum aliosque supradictos in curiis aut domibus suarum habitacionum, si ad hoc valuerit induci, ut ad ea vel ad illum vobis tutus pateat accessus, nec non parochiali seu parochialibus, sub qua et sub quibus deget et degunt et morantur, sin autem non. ex tunc in cathedrali Premisliensi ac dictis parochiali seu parochialibus aliis in ecclesiis et locis publicis quibuscumque, ubi, quando et quociens expediens fuerit. infra missarum solemnia et aliarum divinarum horarum, dummodo ibi populi multitudo ad divina huiusmodi audienda convenerit, citetis, quos et nos citamus per presentes, ut coram nobis Premislie feria sexta proxima post festum Visitacionis sancte Marie hora terciarum in domo nostre habitacionis per se vel ipsorum procuratores instructos compareant ad videndum et audiendum litteras, scripturas, privilegia, instrumenta, acta acticata ad causam facientes et faciencia, transsumi et exemplari cum aposicione nostri decreti testesque iurari super recognicione sigillorum et manuum notariorum ac executorum, nec non huiusmodi sigilla et manus notariorum recognosci ac pro recognitis haberi, certificantes nichilominus ipsos citatos, quod sive in dicto citacionis termino comparuerint, sive non, ad instanciam partis presentis vel sui procuratoris ad premissa procedemus iusticia comite, absencia alicuius non obstante, de execucione vero presencium et quicquid in premissis feceritis per vestrarum manuum subscripcionem sive patentes litteras aut publica instrumenta, harum seriem denotantes seu denotancia, nobis plenam fidem faciatis. Et ut omnis ignorancia circa premissa tollatur prefatique citandi aliquam dubietatem minime allegare valeant, volumus et precipimus presentes litteras nostras ad instar edicti publici, quod olim fiebat in albo pretorio, hostiis et valvis ecclesiarum vestrarum predictarum apponi et affigi et in eisdem affixas publicari publice et manifeste. Datum Premislie die Martis, ultima mensis Iunii anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, nostro sigillo presentibus subimpresso.

Deinde execucio sequitur die Mercurii prima mensis Iulii:

Ego Martinus vicarius ecclesie cathedralis Premisliensis sum executus hanc citacionem iuxta vim, formam et continenciam infra missarum solemnia coram plebis multitudine, demum eandem citacionem aplicui valvis eiusdem ecclesie ad maiorem noticiam habendam, citans introscriptum ad videndum transsumi iura, privilegia et instrumenta etc.

Cuius quidem executoris manum in execucione a tergo citacionis factam prefatus magister Stanislaus de Luboradz procurator legitimus predicti magistri Iacobi ante omnia producta citacione preinserta peciit recognosci et pro recognita haberi. Quamquidem manum eo instante predicti Leonardus Petri de Premislia et Iohannes de Cobilino suo

iuramento modo premisso superius de nostro mandato recognoverunt, fuisse et esse manum in citacionis execucione illius executoris, cuius esse dicebatur, videlicet discreti Martini vicarii Premisliensis, et quilibet eorum dixit et iuravit ipsam citacionem se vidisse per prefatum dominum Martinum exequi, et ipsam valvis ecclesie cathedralis Premisliensis prefate applicari iuxta ipsius tenorem et continenciam, quam et nos Petrus compulsor prefatus pro recognita habuimus et habere volumus. Quibus omnibus et singulis premissis per nos favente domino rite et legitime factis, tandem prefatus magister Stanislaus de Luboradz predicti magistri Iacobi procurator legitimus in contumacia prefati Iacobi Calvi citati et non comparentis, neque in termino aliquid facere curantis nobis instancius supplicavit, quatenus iuxta prius petita ad execucionem predictarum litterarum compulsorialium procedere et easdem litteras, instrumenta et privilegia exhibita superius insertas et inserta in publicam formam transsumere et exemplari mandare, decretumque ac potestatem nostram, qua vigore litterarum predictarum compulsoriarum fungimur, ad easdem apponere dignaremur ac sigilla et manus notariorum et executorum pro recognitis haberi. Nos vero Petrus officialis et compulsor memoratus prefatum Iacobum Calvum de Crosna ex adverso principalem ipsum contumacem reputantes et in ipsius contumaciam visis et diligenter inspectis predictis litteris, privilegiis, instrumentis, iuribus et testium deposicionibus ac aliis probacionibus in negocio huiusmodi coram nobis habitis, exhibitis et productis ipsisque cum diligencia et maturitate debite recensitis attendentesque huiusmodi peticionem prefati magistri Stanislai de Luboradz predicti magistri Iacobi custodis Premisliensis procuratoris legitimi, utpote iustas, iuri et racioni consonas, predictas litteras et iura per circumspectum Sigismundum Michaelis de Visnya notarium publicum coram nobis scribam infrascriptum scribi, transsumi, copiari et exemplari de verbo ad verbum nil addendo vel minuendo aut transponendo, quod sensum mutaret aut intellectum variaret, fecimus et mandavimus, volentes et decernentes, quod huiusmodi transsumpto in omnibus sicut litteris originalibus predictis in iudiciis et extra fides plenaria adhibeatur ipsumque transsumptum faciet in agendo fidem plenariam. Quibus omnibus et singulis suam auctoritatem, qua in hac parte fungimur, vigore predictarum litterarum compulsoriarum predicti domini Bernardi de Bosco ymmoverius apostolicarum predictam interposuimus et decretum ac sigilla predictis litteris impendencia, manus notariorum et executoris, prout petitum extitit, pro recognitis habuimus et habere voluimus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes literas nostras sive presens publicum instrumentum huiusmodi transsumptum in se continentes sive continens per notarium publicum causarum et cause huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum scribi, subscribi et publicari nostrique sigilli appensione iussimus et fecimus communiri. Actum et datum Premislie in domibus nostrarum habitacionum in platea canonicorum sitis anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo

primo, indicione nona, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii divina providencia pape secundi anno ipsius tercio, die vero Veneris, tercia mensis Iulii, hora terciarum vel quasi, presentibus ibidem honorabilibus dominis Iacobo Vicecantore, Petro Nigro et Iohanne Smygredi presbyteris, Vicariis perpetuis ecclesie Premisliensis circa presentacionem predictarum litterarum compulsoriarum, ac honorabilibus circumspectoque viris dominis Preczslao de Zyrawicza Plebano, Iohanne Vicepreposito, Francisco Vicedecano Premisliensis ecclesie prefate, Iohanne de Cobilino et Andrea Zavissii de Bochnya imperiali auctoritate Notariis publicis, clericis Poznaniensis et Craconiensis diocesum testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis ad alios actus supradictos.

S. N.

Et ego Sigismundus Michaelis de Wyschnya, clericus Premisliensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius prefatique venerabilis domini Petri de Pilchowycze canonici et officialis reverendi in Christo patris et domini domini Nicolai Dei et apostolice sedis gracia episcopi Premisliensis generalis compulsorisque reverendi patris domini Bernhardi de Bosco memorati ac huiusmodi cause coram eo scriba, quia dictarum litterarum compulsoriarum presentacioni et recepcioni, requisicioni, monicioni et exhibicioni citacionum, litterarum et earum decreto executoris nec non privilegiorum aliorumque iurium superius insertorum produccioni, iuramentorum a testibus superius scriptis prestacioni sigillorumque et manuum notariorum ac executorum recognicioni et decreti ac auctoritatis interposicioni aliisque omnibus et singulis dum ut sic [1]) premittitur fierent et agerentur unacum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri et audivi ac in notam sumpsi, ex qua hoc presens publicum instrumentum aliena manu fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc formam publicam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum dicti domini Petri officialis et compulsoris memorati sigilli appensione consignavi in fidem omnium et singulorum rogatus et requisitus.

Or. perg. (B. 3), u dołu na sznurku jedwabnym czerwono-zielonym zawieszona pieczęć Piotra z Pilchowic zupełnie pokruszona.

[1]) Powinno być *dum sic ut*.

LXXXVIII.

W Pnikucie 14. Czerwca 1462 r.

Jerzy z Humnisk podkomorzy przemyski zatwierdza rozgraniczenie wsi Pnikuta i Buchowic.

Georgius de Humniska succamerarius terre Premisliensis significamus tenore presencium, quibus expedit universis harum noticiam habituris, quomodo de unanimi consensu et voluntate venerabilium dominorum Petri de Brzezini prepositi, Iohannis de Humniska decani, Mathie de Blandow cantoris tociusque capituli ecclesie Premisliensis kathedralis et nobilium Tyczkonis et germanorum suorum de Buchouicze, inter bona Pnycolth capituli ab una et villam prefatorum Buchouicze [1]) parte ab altera, eisdem partibus presentibus et consencientibus, granicies et scopulos diu sippatos incipiendo a villa Pakoscz usque ad piscinam ville Buchouicze ministeriali Iohanne Premisliensi iuxta consuetudinem terrestrem proclamante ex officio nostro succamerariatus pronunciavimus, sippavimus scopulos et robur perpetue firmitatis eisdem decrevimus obtineri. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in Pnycolth feria secunda in crastino sancte Trinitatis anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, presentibus generosis et nobilibus dominis Vaskone de Ribothycze Iudice Premisliensi, Stanislao, Nicolao Sbigneo de Stadnyky alias de Radinycze, Otha Sloczkowsky de Crisovycze, Nicolao Dedensky et aliis quampluribus fidedignis testibus circa premissa.

Or. perg. (III. 17a), pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

LXXXIX.

W Pnikucie 14. Czerwca 1462 r.

Grzegorz z Humnisk podkomorzy przemyski rozgranicza wsie Pnikut i Bolanowice.

Georgius de Humniska succamerarius terre Premisliensis significamus tenore presencium, quibus expedit uniuersis, quomodo dum lites, differencie non modice inter vene-

[1]) Buchowice wieś w powiecie mościskim.

rabiles dominos Petrum de Brzezini prepositum, Iohannem de Humyska (*sic*) decanum et Mathiam de Blandow cantorem totumque capitulum ecclesie Premisliensis villamque ipsorum seu bona Pnycolth ex una et nobilem dominum Demetrium de Bolanouicze villamque ipsius prefatam Bolanouicze [1]) parte ex altera occasione non limitacionis granicierum vertebantur et oriebantur, tandem nos volentes easdem dissensiones quietare et mitigare, ad eadem bona Pnycolth et Bolanouicze descendentes, ex officio nostro succamerariatus inter dictas villas Pnycolth et (*sic*) prefatorum dominorum prelatorum et canonicorum Premisliensium et B(*olanouicze*) prefati domini Demetrii granicies limitavimus incipiendo a scopulis renovatis (*qui vadunt a*) silva Radochon usque ad villam Luthkouicze [2]) seu agros eiusdem ville et s(*copulos*) sippavimus iuxta consuetudinem terrestrem de consensu utrarumque parcium ibidem presencium et consenciencium ipsasque granicies sic per nos limitatas et scopulos sippatos decrevimus robur obtinere perpetue firmitatis et decernimus per presentes. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in Pnycolth feria secunda in crastino sancte Trinitatis anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Iaczkone de Bibel Dapifero, Vascone de Rybothicze Iudice Premisliensibus, Stanislao, Nicolao et Sbigneo de Stadnyky alias de Radinycze, Syenkone de Bybel, Iohanne Kmytha de Dubyeczsko, Nicolao Dedensky, Ryczkone de Buchouicze et aliis quampluribus fidedignis testibus ad premissa.

Or. perg. (III. 17). Pieczęć wraz z paskiem, na którym wisiała, oderwana. Na zewnętrznej stronie napis: *Inductum in acta terrestria Premisliensia sub actu ferie tercie post festum sancti Floriani* (8. Maja) *anni 1571.* (Acta terrestr. Premisl. tom 28 pag. 436). Jest to najdawniejsza zapiska oblaty umieszczona na przedłożonym oryginale, jaką dotąd w ogóle napotkałem.

XC.

Pomiędzy Radymnem a Zamościem 13. Sierpnia 1462 r.

Jerzy z Humnisk podkomorzy ziemi przemyskiej poświadcza jako usypane i oznaczone zostały granice pomiędzy Radymnem a Zamościem.

Nos Georgius de Hvmnyska succamerarius terre Premisliensis generalis significamus ten(*ore presencium, quibus expedit, universis*) tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo de voluntate unanimi et consensu reverendissimi (*in Christo*

[1]) Bolanowice wieś w powiecie niżankowickim.

[2]) Łutków wieś w powiecie niżankowickim.

patris et domini, domini Nicolai) Dei gracia episcopi et sui capituli Premisliensis parte ex una et nobilium Iaczko, Iosko, Senko, Pyechno, Michno, Se*(mko, Nicolai, Vanconis, Petri Diak)* heredum de Zamosczcze parte ex altera fecimus et limitavimus granicies et scopulos sipavimus inter hereditates p*(refati reverendissimi patris domini Ni)*colai episcopi et sui capituli Premisliensis opidum Radympna et suum suburbium ex una parte et inter heredita*(tem Zamosczcze predictorum nobilium)* Iaczko, Iosco, Senko, Pyechno, Michno, Semko, Nicolai, Vanconis, Petri Diak heredum de Zamosczcze ex alia *(parte per generosum dominum Ale)*xandrum alias Olechno heredem de Prochnik camerarium nostrum. Que quidem granicie incipiunt et transeunt a *(pariete hereditatis Zabloczcze, circa)* quam parietem Zabloczcze magnus scopulus alias Narosznycza stat et est sipatus in ripis ex utraque parte fluvii *(dicti Radympna in luto, circa)* quem magnum scopulum dictum Narosznycza Stanislaus ministerialis de Radympna primo, secundo, tercio et quar*(to vicibus iuxta iuris formam)* fuit *(sic)* et proclamavit, et alii multi scopuli sunt sipati et transeunt unus post alium ex utraque parte ripe fluvii predicti *(Radympna, qui fluvius Ra)*dympna predictus demonstrat granicies sui medietate alias Samyczą et scopuli qui sunt sipati in ripis fluvii pre*(dicti Radympna a campis dictis)* Scoloschow, qui sunt campi domini episcopi et sui capituli Premisliensis pertinentes ad opidum Radympna et suum su*(burbium dicti domini episcopi et sui)* capituli, et scopuli, qui facti et sipati sunt ex alia parte in ripis fluvii predicti Radympna ab hereditate ville *(Zamosczcze, isti pertinent ad)* heredes de Zamosczcze videlicet Iaczkonem, Iosco, Seneo, Pyechno, Mychno, Semko, Nicolaum, Vanconem et *(Petrum Diak. Que quidem)* granicie vadunt et transeunt infra decursum fluvii iamdicti Radympna fluvio ubi decurrit fluvius, et ubi *(fluvius non est, ibi trans)*eunt granicies et scopuli sunt sipati per medietatem luti usque ad flumen, ubi iterum flumen incipit, et ab isto flumine *(Radympna infra in)* ripis ex utraque parte eiusdem fluvii transeunt granicie et scopuli sunt sipati, qui fluvius Radympna et scopuli gra*(nicies demonstrant usque)* ad parietem suburbii Radympnensis, ubi venit paries ex utraque parte fluvii predicti Radympna a suburbio Ra*(dympna dicti domini)* episcopi et sui capituli, et ibi scopuli magni dicti Narosznycze in ripis ex utraque parte fluvii sepedicti Radym*(pna sunt sipati et facti)*, circa quos scopulos fuit Stanislaus ministerialis predictus de Radympna domini episcopi et proclamavit primo, sec*(undo, tertio et quarto)* vicibus iuxta iuris formam. quod dominus episcopus et suum capitalum granicies et scopulos facit cum dominis heredibus de Zamos*(czcze supradescriptis)* quicunque deberet dicere aliquid contra granicies prefatas, hodie dicat et contradicat et si hodie non dixerit taceat *(in perpetuum, et ibidem)* nullus contradixit. Que quidem granicie debent inter hereditates supradescriptas stare et permanere in perpetuum et in ev*(um et predicti)* nobiles heredes de Zamosczcze videlicet Iaczko, Iosko, Senko, Pyechno, Mychno, Semko, Nicolaus, Vanco et Petrus *(Diak obtulerunt)* et posuerunt

privilegium Ruthenicum [1]) sub titulo et sigillo olim illustris principis domini ducis Opoliensis et Russie coram *(domino Alexandro)* camerario nostro predicto in loco granicierum, in quo asserebant predicti de Zamosczcze heredes se habere ius ad dictum ca*(mpum Scoloschow)* cum suis adiacenciis, quod quidem privilegium predicti heredes de Zamosczcze omnino suffocaverunt, cassaverunt et mortificaverunt et alia *(iura, si que ha)*berent preter privilegium prefatum super dictum campum Scoloschow cum suis attinenciis, nichil pro se et suis successoribus in perp*(etuum reservando)*. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum in loco granicierum inter hereditates *(opidum Radym)*pna et suum suburbium predicti domini episcopi et sui capituli Premisliensis et inter hereditatem Zamosczcze predictorum nobilium he*(redum de Za)*mosczcze feria sexta proxima ante Assumpcionis sanctissime Virginis Marie anno domini millessimo quadringentesimo sexages*(imo secundo)*, presentibus hys testibus generosis dominis Nicolao Goląbek de Nathcowicze Subiudice Premisliensi, Nicolao de Czelaticze, *(Andrea)* Lissacowsky de Magna Zurowicze, Alexandro de Drohoyow, Nyewczaso de ibidem et Nicolao de Kydalowicze h*(eredibus et)* aliis quampluribus fidedignis.

Or. perg. (II. 26), znaczna część dokumentu tego odcięta, pieczęć wraz z paskiem oderwana. Uszkodzenia te uskuteczniono widocznie dopiero w czasach nowszych, kiedy go bowiem w r. 1775 na dniu 13. Lutego oblatowano w ziemstwie przemyskiem, dokument był jeszcze nieuszkodzony. Według tej oblaty (Akta Ziemskie przemyskie tom 242, str. 345—348) uzupełniono luki oryginału.

XCI.

W Rzymie 12. Stycznia 1463 r.

Pius II. papież poleca Grzegorzowi z Sanoka arcybiskupowi lwowskiemu, ażeby ustanowienie kustodyi przemyskiej i wszystko do niej odnoszące się bliżej zbadał i stosownie do wyniku zawyrokował.

Pius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri.. Archiepiscopo Leopoliensi salutem et apostolicam benedictionem. Ex superne providentia maiestatis in apostolice dignitatis specula constituti circa universarum quarum nobis de super commissa est cura ecclesiarum, profectus et commoda sicut ex debito nobis pastoralis incumbit officii studiis assiduis intendimus et earum statum prout rerum pensatis circumstantiis congrue cernimus

[1]) Ślad drugiego ruskiego dokumentu po ks. Władysławie opolskim. W tomie VII. AGZ. wydrukowano jedyny taki dotąd znany dokument.

in melius dirigere, et eas uberioris honoris titulo attollere studemus, et que propterea ad divini cultus propagationem processisse comperimus, ut illibata persistant, cum a nobis petitur, apostolice muniminis adicimus firmitatem. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte venerabilis fratris nostri Nicolai episcopi Primisliensis et dilectorum filiorum capituli ac Iacobi de Panteleouicze custodis ecclesie Primisliensis nec non nobilis viri Iohannis laici advocati Primisliensis petitio continebat, quod olim bone memorie Petrus tunc episcopus Primisliensis sane considerans sibi pernecessarium fore in eadem ecclesia sua unum officium, custodia nuncupatum, erigere et de novo creare et quod mense sue episcopalis qualitates ad hoc non sufficiebant, Valentinum alias Wankonem laicum advocatum Primisliensem, prefati Iohannis moderni advocati Primisliensis genitorem, ut pro anime sue salute tali pio et laudabili operi subveniret, induxit, et demum cum consensu dicti sui capituli custodiam predictam in eadem ecclesia sua Primisliensi fundavit et erexit [1]), pro cuius dote et sustentatione custodis pro tempore existentis prefatus episcopus decimas, quas in opido Lanzeysko et certis aliis villis Primisliensis diocesis ad mensam suam spectantibus habebat, loco et occasione cuiusdam scultecie ad dictam mensam episcopalem et in quadam villa episcopali dicta Blizne redempte nec non prebendam seu sine cura capellam sancte Crucis in Crosna dicte diocesis per eius predecessorem ex fructibus mense episcopalis pro uno capellano et dote episcopali fundatam cum fructibus et proventibus ad eam pertinentibus de consensu et voluntate capituli huiusmodi prefate custodie dedit et consignavit atque transtulit et incorporavit, hoc tamen de consensu dicti capituli expresse adiecto et declarato, quod loco reddituum dicte capelle, quos ipse et pro tempore existens episcopus Primisliensis tanquam magis accommodos et in commodiori loco positos retinere et percipere et illorum loco certos alios fructus, redditus et decimas in opido Lubaczow et eius suburbio et in villa Lacawa [2]) constitutos posset atque deberet commutare, dictusque Valentinus sex marchas, quas in bonis suis hereditariis ipsius advocatie Primisliensis singulis annis et perpetuis temporibus per capitulum et custodem pro tempore dicte ecclesie levandas et percipiendas pro dicta custodia et illius erectione et dote dedit, donavit et inscripsit, nec non prefatus episcopus sibi suisque successoribus eiusdem Primisliensis ecclesie pro tempore episcopis ac capitulo prefatis ius patronatus in eadem custodia reservavit, ac voluit, quod advocatus predictus eius vita durante et post eius obitum advocatus Primisliensis pro tempore consensum prestare debeat ad personam in custodem ad dictam custodiam pro tempore deputandam, ipsi quoque episcopus et capitulum de consensu et voluntate dicti advocati prefatam custodiam eidem Iacobo contulerunt et de illa etiam providerunt, prout in quibusdam

[1]) Zobacz powyżej dokumenty z r. 1444 nr. LXXIII i LXXIV.

[2]) Łukowa wieś w powiecie leżajskim.

publicis instrumentis desuper confectis dicitur plenius contineri. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat episcopus, capitulum et Iacobus ac advocatus prefati dubitant dictam custodiam, que in eadem ecclesia permaxime necessaria est, tractu temporis quovis quesito colore distrahi seu sine consensu iuxta premissa a quoquam quomodolibet occupari ac premissa viribus non subsistere cupiantque propterea erectionem, creationem, dationem, translationem ac omnia et singula predicta et in dictis instrumentis contenta pro eorum subsistentia firmiori apostolico munimine roborari, pro parte episcopi, capituli, advocati et Iacobi predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui statum et decorem ecclesiarum presertim cathedralium ac divini cultus augmentum nostris potissime temporibus intensis desideriis affectamus, de premissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus de predictis omnibus et singulis ac eorum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes et si per informationem huiusmodi ita esse reppereris, erectionem, creationem, dationem, concessionem, translationem, donationem, inscriptionem et iuris patronatus reservationem predictas ac prout illas concernunt omnia et singula in dictis instrumentis contenta et indesecuta quecumque auctoritate nostra prefata approbes et confirmes suppleasque omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, pridie Idus Ianuarii, pontificatus nostri anno sexto.

Or. perg. (B. 2), pieczęć wraz ze sznurkiem oderwana. Na zagiętce po prawej ręce: *pro N. de Piccolominibus*, poniżej: *Bandetus*. Pod zagiętką po lewej ręce:

Maii Io Horn. *Expedita quarto Non. Iunii anno sexto de Valle.*
Ia de Minutolis
S. planas.
S. Condolmirio.

Na zewnętrznej stronie u dołu po prawej ręce: *Godefridus*, w środku wielkie *R*(=*regestratum*).

Prócz tego napis: *Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto per venerabilem virum magistrum Iacobum custodem Premisliensem oblate Lune XII. mensis Augusti, in dictis literis commisionum principaliter nominati petentes easdem iuxta earum tenorem exequi et nos cum ea qua decuit reverencia suscepimus et prout mandabatur premissa omnia ad execucionem deduci mandamus presentibus discretis Clemente de Premislia Presbitero castri, Nicolao de Calisch Subdiacono, Sigismundo de Sanok testibus.*

XCII.

W Rzymie 23. Grudnia 1463 r.

Jan Didaci de Coca doktor dekretów, audytor papieski wydaje wyrok w sprawie Jakóba z Pantalowic kustosza przemyskiego przeciw Jakóbowi z Krosna, który nieprawnie kustodyę tę na rzecz swoją zajął.

Illustrissimo et Serenissimo Principi et Domino Domino Kazimiro Dei gratia Regi Polonie, Cracouie, Sandomirie, Lancicie, Russie etc., supremo duci Lithvanie, Pomoranie heredi et domino Prussie regnorum vestrorum felicis prosperitatis augmentum nec non reverendissimis ac reverendis in Christo patribus et dominis dominis Dei et apostolice sedis gratia Gneznensi et Leopoliensi archiepiscopis ac Premisliensi, Cracouiensi et Chelmensi episcopis eorumque et cuiuslibet ipsorum in spiritualibus et temporalibus vicariis et officialibus generalibus ac curie causarum camere apostolice generali auditori eiusque vice-auditori seu locumtenenti nec non venerabilibus et circumspectis viris dominis decano, canonicis et capitulo ecclesie Premisliensis illique vel illis, ad quem vel ad quos custodie eiusdem ecclesie, quam quondam Petrus Vankonis, dum vixit, obtinebat, collatio, provisio, presentatio seu quevis alia dispositio fructuum, reddituum et proventuum quorumcumque ad eandem custodiam spectantium, datio et solutio communiter vel divisim pertinet et presertim advocato Premisliensi, patrono laico dicte custodie, ac venerabili viro domino preposito in Przeworsko et plebano in Crosna Premisliensis diocesis nec non universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, thesaurariis, custodibus, sacristis, tam cathedralium quam collegiatarum canonicis, parochialiumque ecclesiarum rectoribus seu locatenentibus eorundem, plebanis, viceplebanis, capellanis curatis et non curatis ac etiam monasteriorum ordinis quorumcumque generalibus, provincialibus, gwardianis, ministris, prioribus, vicariis, custodibus et presertim sancti Iohannis Iherosolimitani et beate Marie Theutonicorum magistris, commendatoribus et preceptoribus ipsorumque nec non Predicatorum, Minorum, Heremitarum, sancti Augustini et beate Marie Carmelitarum, domorum et conventorum fratribus et conventualibus ceterisque presbyteris, clericis, notariis et tabellionibus publicis quibuscumque per inclitum Regnum Polonie et dictorum dominorum archiepiscoporum et episcoporum provincias, civitates et dioceses ac alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum, nec non nobilibus et potentibus dominis Iohanni de Pylcza Cracouiensi, Andree de Sprowa Russie generali palatinis, Dobeslao de

Szyravitza Premisliensi, Iohanni de Smolitze Sanocensi castellanis, et Leopoliensi, Premisliensi et Sanocensi capitaneis ceterisque ducibus, comitibus, vicecomitibus, marchionibus, baronibus, militibus, militaribus, magistratuum scabinis, consulibus, preconsulibus, civibus, opidanis, incolis, prefectis, reddituariis. capitaneis, castellanis, marschallis, iudicibus, baillinis, advocatis, rectoribus et gubernatoribus, iusticiariis, servientibus, scribis, preconibus et aliis quibuscumque personis, iurisdictionem temporalem et ordinariam per se vel alium seu alios per dicti domini Regis regna et dominia ac civitates, provincias et dioceses predictas pro tempore exercentibus, nec non fructuum, reddituum et proventuum prediorum arrendatoribus, decimatoribus, vicedecimatoribus, colonis, agricultoribus, laborantibus, receptoribus et detentoribus quibuscumque et presertim cuidam Iacobo Nicolai de Crosna ex adverso principali infra ex adverso principaliter nominato et aliis in custodia predicta iam forsan intrusis et imposterum intrudendis omnibusque aliis et singulis quorum interest, intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum quibuscumque nominibus censeantur aut quacumque prefulgeant dignitate Iohannes Didaci de Coca decretorum doctor, decanus ecclesie Burgensis, domini nostri pape capellanus et ipsius sacri pallatii apostolici causarum auditor et executor unicus ad infrascripta ab eodem domino nostro papa specialiter deputatus, salutem in Domino et nostris huiusmodi imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, quod nuper sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus quandam commissionis sive supplicationis cedulam quondam pie memorie domino Bernardo de Boscho decretorum doctori et tunc cappellano suo ac sacri pallatii apostolici causarum auditori per certum suum cursorem presentari fecit huiusmodi sub tenore:

Dignetur Sanctitas vestra causam et causas appellationis et apellationum pro parte devoti oratoris vestri Iacobi de Pantholowitze custodis Premisliensis a nonnullis pretensis requisitionibus et monitionibus et mandatis in unum pretensarum litterarum et processum apostolicorum non tamen executorialium sive cum re iudicata ad dimittendam possessionem dicte custodie Premisliensis aliisque molestationibus, vexationibus, impedimentis et gravaminibus dicto oratori pro parte cuiusdam Iacobi Calvus Nicolai asserti clerici adversarii occasione dicte custodie factis prestitisque et illatis et in appellatione desuper interiecta latius expressatis ad Sanctitatem vestram sanctamque sedem apostolicam interposite et interpositarum nullitatisque, iniquitatis nec non surreptionum et obreptionum litterarum et processuum ac monitionum, requisitionum et omnium aliorum premissorum nec non attemptatorum et innovatorum post et contra appellationem huiusmodi una cum toto negotio principali alicui ex reverendis patribus dominis sacri pallatii apostolici causarum auditoribus comittere audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum omnibus et singulis suis emergentiis, incidentiis, dependentiis, annexis et connexis, ac potestate dictum

Iacobum adversarium omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes et in executione nominandi in Romana curia extra et ad partes totiens quotiens opus fuerit citandi et inhibendi in forma dictumque oratorem per se vel alium simpliciter vel ad cautelam absolvendi non obstante, quod causa seu cause huiusmodi non sint ad Romanam curiam legitime devolute aut in ea de sui natura seu iuris necessitate tractande seu finiende ceterisque contrariis quibuscunque.

Signatura comissionis huiusmodi sub his sequitur verbis:

De mandato domini nostri pape audiat magister Bernardus de Boscho, citet, ut petitur, absolvat etiam ad cautelam per se vel alium, si et prout de iure, et iustitiam faciat.

Virtute namque commissionis huiusmodi citatione legitima una cum inhibitione inserta extra Romanam curiam et ad partes contra et adversus prelibatum dominum Iacobum Nicolai ex adverso principalem per dictum quondam dominum Bernardum auditorem decreta et concessa ipsoque postmodum sicut Altissimo placuit ab hac luce sublato prelibatus dominus noster papa quandam aliam generalem comissionis cedulam reverendissimo patri domino Gaspari de Theramo decretorum doctori, canonico Tridentino, capellano suo et dicti palatii apostolici causarum auditori per unum ex dictis suis cursoribus presentari fecit sub his verbis:

Dignetur Sanctitas vestra nonnullas causas beneficiales prophanas, matrimoniales, civiles, criminales et mixtas quondam reverendo patri domino Bernardo de Boscho decretorum doctori et sacri palacii apostolici causarum auditori quarumcumque tam generalium quam specialium comissionum vigore comissas, in quibus devoti viri Hermanus Byntreym, Rudolphus Gsuentner, Theodoricus de Vinario et Iohannes de Duthe clerici Coloniensis, Ratisponensis, Leodiensis et Osnaburgensis diocesum, publici apostolica et imperiali auctoritatibus notarii coram eodem quondam Bernardo auditore scribebant et ad scribendum deputati fuerant, propter ipsius obitum alium ex reverendis patribus dominis dicti palacii apostolici causarum auditoribus committere resumendas, audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum omnibus et singulis eorum emergenciis, incidenciis, dependenciis et connexis cum potestate citandi, literas decernendi, decreta sigillandi, expensas taxandi, sententias et quecunque instrumenta extrahendi et extrahi ac in publicam formam redigi mandandi ac omnia et singula faciendi et fieri mandandi, que dictus quondam Bernardus auditor fecisset facereque, decernere et mandare potuisset et posset, si mortuus non fuisset, et cum plenaria et omnimoda potestate eidem quondam reverendo auditori quarumcunque comissionum in dictis causis potestatum vigore concessarum et attributarum et quod dicti Hermanus, Rudolphus, Theodoricus et Iohannes notarii in eisdem causis

contument (*sic*) iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Hec namque commissio in eius fine sic signata reperitur:

De mandato domini nostri pape audiat magister Gaspar, resumat, ut petitur, et iustitiam faciat.

Vigore namque commissionis generalis preinserte prelibatus dominus Gaspar coauditor noster causa et causis huiusmodi una cum nonnullis aliis causis in statu debito reasumens ulteriusque in eadem coram eo ad Romanam curiam introducta inter partes in prima preinserta commissione contenta seu verius earum legitimos procuratores rite et legitime procedens servatis servandis et cognitis ipsius cause meritis suam diffinitivam in scriptis tulit et promulgavit sententiam in hunc, qui sequitur, modum:

Christi nomine invocato pro tribunali sedentes et solum Deum pre oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de dominorum coauditorum nostrorum consilio et assensu ferimus in his scriptis, pronuntiamus, decernimus et declaramus nominationem et institutionem dicto domino Iacobo de Pantholowitze reo et possessori de dicta custodia cum consensu prefati advocati Premisliensis patroni laici facta et inde secuta fuisse et esse canonica suumque debitum debuisse et debere sortiri effectum dictamque custodiam ad prefatum dominum Iacobum possessorem spectasse et pertinuisse ac spectare et pertinere de iure illamque sibi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis adiudicandam fore et adiudicari nec non prefato Iacobo Nicolai de Crosna adversario in eadem custodia seu ad eam nullum penitus ius competisse sive competere, oppositiones, molestationes, vexationes, perturbationes et impedimenta dicto domino Iacobo de Pantholowitze per prefatum Iacobum Nicolai adversarium de et super dicta custodia et eius occasione facta et prestita fuisse et esse temeraria, illicita, iniqua, indebita, iniusta ac de facto presumpta, sibique super illis nec non custodia predictis perpetuum silentium imponendum fore et imponimus eundemque dominum Iacobum de Pantholowitze ab impetitionibus dicti Iacobi Nicolai adversarii absolvendum fore et absolvimus dictumque Iacobum Nicolai adversarium in expensas pro parte dicti domini Iacobi de Pantholowitze in huiusmodi causa propterea coram nobis legitime factas condempnandum fore et condempnamus, quarum expensarum taxationem nobis in posterum reservamus. A qua quidem diffinitiva sententia pro parte dicti Iacobi Nicolai de Crosna ex adverso principalis in pre et subinserta commissione et sententiis ex adverso principaliter nominati ad prefatum dominum nostrum dominum Pium papam secundum eiusque sanctam sedem apostolicam in scriptis provocato et appellato, idem dominus noster papa quandam aliam commissionis sive supplicationis cedulam nobis Iohanni Didaci de Coca auditori prefato per unum ex sepedictis suis cursoribus presentari

fecit, quam nos cum ea, qua decuit, reverentia recepimus tenorem, qui sequitur, continentem:

Dignetur Sanctitas vestra causam et causas pretensarum apellationis et apellationum pro parte cuiusdam Iacobi Nicolai de Crosna asserti clerici a quadam diffinitiva sententia per reverendum patrem dominum Gasparem de Theramo sacri palacii causarum apostolici auditorem in quadam causa, que tunc coram eo inter devotum oratorem vestrum Iacobum de Pantholowitze custodem ecclesie Premisliensis ex una et prefatum Iacobum Nicolai de et super dicta custodia ecclesie Premisliensis rebusque aliis in actis cause designatis et illorum partibus ex altera in prima vertebatur instantia pro dicto oratore et contra prefatum Iacobum adversarium cum expensis condempnatione prolata ad Sanctitatem vestram sanctamque sedem apostolicam, ut pretenditur, interposite et interpositarum nullitatisque et defectuum dictarum pretensarum apellationum huiusmodi una cum toto negotio principali alicui alteri ex reverendis patribus dominis eiusdem palatii auditoribus committere audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum omnibus et singulis suis emergenciis, incidenciis, dependenciis et connexis.

Huiusmodi namque commissio in eius fine sic reperitur signata:

De mandato domini nostri pape audiat magister Iohannes Didaci, citet, ut petitur, et institiam faciat.

Cuiusquidem commissionis vigore nos etiam in causa et causis huiusmodi rite et legitime procedentes, servatisque servandis et cognitis eiusdem cause meritis, nostram diffinitivam et confirmatoriam prime sententie preinserte in scriptis tulimus et promulgavimus sententiam sub his verbis:

Christi Nomine invocato pro tribunali sedentes et solum Deum pre oculis habentes de dominorum coauditorum nostrorum consilio et assensu per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam ferimus in his scriptis, pronuntiamus, decernimus et declaramus per reverendum patrem dominum Gasparem de Theramo coauditorem nostrum in hac causa, que tunc coram eo inter honorabilem virum dominum Iacobum de Pantholowitze reum et possessorem ex una et quendam Iacobum Nicolai de Crosna actorem de et super custodia ecclesie Premisliensis rebusque aliis in actis cause designatis et illorum occasione partibus ex altera in prima vertebatur et nunc coram nobis in secunda vertitur instanciis, bene fuisse et esse processum, sententiatum et diffinitum ipsiusque domini Gasparis coauditoris nostri processum et sententiam diffinitivam huiusmodi confirmandam fore et confirmamus nec non pro parte dicti Iacobi Nicolai adversarii a prefato domino Gaspare eiusque diffinitiva sententia huiusmodi male fuisse et esse provocatum et appellatum prefatumque Iacobum Nicolai adversarium in expensas propterea in huiusmodi causa coram nobis pro

parte dicti domini Iacobi de Pantholowitze legitime factas condempnandum fore et condempnamus, quarum expensarum taxationem nobis imposterum reservamus.

Que quidem nostra preinserta diffinitiva sententia nulla provocatione seu appellatione suspensa in rem transiverat iudicatam, idem dominus noster papa quandam aliam commissionis cedulam nobis per unum ex cursoribus sepedictis presentari fecit sub hac forma verborum:

Beatissime Pater. Lite inter devotum oratorem vestrum Iacobum de Pantholowitze custodem Premisliensem et quendam Iacobum Nicolai de Crosna assertum clericum coram reverendo patre domino Gaspare de Theramo sacri palacii causarum auditore de et super custodia ecclesie Premisliensis et illius occasione in prima vertente instantia idem auditor diffinitivam adiudicatoriam cum expensarum condempnatione pro oratore et contra prefatum Iacobum de Crosna adversarium promulgavit sententiam, que postmodum in secunda instantia per reverendum patrem dominum Iohannem Didaci de Coca etiam dicti palacii apostolici causarum auditorem sententionaliter cum simili expensarum condempnatione extitit confirmata. Cum autem, pater sancte, dicta ultima confirmatoria sententia nulla provocatione suspensa in rem transiverat iudicatam et parum prodesset sententias ferri nisi executioni debite demandarentur, dignetur igitur Sanctitas vestra prefato domino Iohanni Didaci de Coca, qui dictam ultimam promulgavit sententiam committere et mandare, quatenus omnes et singulas expensas pro parte dicti oratoris in prosecutione litis et cause huiusmodi factas et in quibus dictus adversarius sibi in ambabus instantiis huiusmodi sententionaliter extitit condempnatus, taxet et moderet, nec non dictas diffinitivas sententias et expensarum taxationem huiusmodi sub excommunicatione, suspensione et interdicto et aliis sententiis ac censuris et penis ecclesiasticis exequatur et executioni debite demandet cum potestate sententias et censuras ecclesiasticas huiusmodi simul et semel et unico contextu aggravandi, reaggravandi, interdictum ponendi atque auxilium brachii secularis invocandi, litteras et processus executoriales desuper suo sub sigillo decernendi atque rebelles declarandi et alia faciendi, que in premissis et circa ea necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet oportuna constitutionibus et ordinationibus apostolicis illa presertim, qua cavetur, quod littere executoriales sub plumbo expediantur stilo palacii et aliis in contrarium faciendis non obstantibus quibuscumque.

In fine vero dicte comissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori littere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba videlicet:

De mandato domini nostri pape taxet et exequatur idem auditor, ut petitur, aggravet etc., etiam cum invocacione, si et prout de iure, et iustitiam faciat.

Post cuiusquidem ultime commissionis sive supplicacionis cedule presentationem et receptionem nobis et per nos, ut premittitur, factam, nos ad providi viri magistri Henrici Huseman in Romana curia causarum et prefati domini Iacobi de Pantholowitze principalis procuratoris instantiam providum virum magistrum Iohannem priorem in eadem curia causarum et dicti domini Iacobi Nicolai de Crosna ex adverso principalis procuratorem, de quorum procuratorum procurationum mandatis nobis legitimis constabat, prout constat, documentis ad dicendum et excipiendum quicquid verbis vel in scriptis contra proxime nobis et ultimo factam et presentatam commissionem dicere sive excipere volebat primo et de post ad videndum et audiendum sententias preinsertas et expensarum taxationem infrascriptam exequi et executioni debite demandari literasque sive processus executoriales desuper oportunas decerni et concedi, vel dicendum et causam, si quam habeat, rationabilem, cur id fieri non debeat allegandi per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad diem et horam infrascriptas. Quibus adveniențibus comparuit iudicialiter coram nobis magister Henricus Huseman procurator predictus nomine quo supra procuratorio et dicti magistri Iohannis prioris ex adverso procuratoris non comparentis contumatiam accusavit ipsumque contumacem reputari et in eius contumatiam sententias preinsertas et expensarum taxationem infrascriptam exequi et executioni debite demandari literasque sive processus executoriales desuper nostro sub sigillo iuxta et secundum dicte ultime preinserte commissionis vim, formam et tenorem in forma solita et consueta decerni et concedi per nos instanter postulavit. Nos tunc Iohannes Didaci auditor prefatus dictum magistrum Iohannem prioris ex adverso procuratorem non comparentem reputamus non immerito, prout erat id iustitia exigente contumacem, et in eius contumatiam omnibus et singulis expensis pro parte dicti domini Iacobi de Pantholowitze principalis in huiusmodi causa legitime factis, in quibus sibi dicti Iacobus Nicolai adversarius sententionaliter, ut prefertur, extitit condempnatus ad quinquaginta ducatos auri de camera boni et iusti ponderis per nos provida moderatione previa recte taxata, attendentes postulationem huiusmodi fore iustam et consonam rationi, quodque parum prodesset sententias ferre et expensas taxare, nisi debite executioni demandarentur ac volentes dictam nobis ultimo factam et presentatam comissionem ad effectum debitum deducere, ut tenemur, idcirco auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa et qua fungimur sententias et expensarum taxationem nostras prenotatas exequendas et executioni debite demandandas fore decernimus et decrevimus per presentes has nostras litteras sive processus executoriales desuper decernentes et concedentes sub modificatione infrascripta.

Que omnia et singula premissa et hunc nostrum processum et in eo contenta vobis omnibus et singulis supradictis, quibus presens noster processus dirigitur, intimamus, insinuamus et notificamus ac ad vestram et cuiuslibet vestrum notitiam deducimus et deduci

volumus per presentes. Vos nichilominus et vestrum quemlibet auctoritate apostolica tenore presentium requirimus et monemus primo, secundo, tertio et peremptorie, vobis et vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub infrascriptis sententiarum penis districte precipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spatium post presentationem et notificationem presentium et requisitionem pro parte dicti domini Iacobi de Pantholowitze principalis vobis seu alteri vestrum desuper factam immediate sequentium, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies vobis omnibus et singulis supradictis pro tertio et peremptorio termino ac monitione canonica assignamus, eundem dominum Iacobum de Pantholowitze principalem vel procuratorem suum pro eo et eius nomine in et ad corporalem, realem et actualem possessionem dicte custodie ecclesie Premisliensis iuriumque et pertinentium omnium eiusdem ponatis et inducatis et defendatis, amoto exinde dicto domino Iacobo, quem nos etiam, in quantum possumus, ammovemus et denuncianus amotum ipsumque dominum Iacobum de Pantholowitze principalem vel procuratorem suum pro eo ad custodiam huiusmodi in dicta ecclesia Premisliensi in custodem recipiatis et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignatis et ad custodiam predictam, ut moris est, admittatis et admitti faciatis sibique de ipsius custodie fructibus, redditibus et proventibus, iuribus et obventionibus universis plenarie et integre respondeatis et ab aliis responderi faciatis et vos arrendatores, decimatores, reddituarii, coloni, laboratores et alii predicti de omnibus et singulis fructibus, redditibus, proventibus huiusmodi per vos vel alterum vestrum ratione arrendatuum et decimationum aut alias qualitercunque et quacunque occasione dicte custodie solvendis dicto domino Iacobo de Pantholowitze principali tamquam vero et indubitato custodi dicte ecclesie Premisliensis vel procuratori suo legitimo pro eo et nulli alteri persolvatis ac plenariam et integram solutionem et satisfactionem impendatis. Et tu Iacobus Nicolai de Crosna adversarius ac intrusi et intrudendi predicti possessionem dicte custodie cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem domino Iacobo (*de*) Pantholowitze vel procuratori suo legitimo pro eo vacuam, liberam et expeditam dimittatis et relaxetis ac quilibet vestrum dimittat et relaxet sine contradictione et rebellione quibuscumque. Monemus insuper modo et forma premissis et sub eiusdem infrascriptis sententiarum penis te Iacobum Nicolai de Crosna adversarium predictum, quatenus infra triginta dierum spatium post notificationem presentium tibi pro parte dicti domini Iacobi de Pantholowitze principalis desuper factam immediate sequentes, quorum triginta dierum decem pro primo, decem pro secundo et reliquos decem dies tibi pro tertio et peremptorio termino ac monitione canonica assignamus eidem domino Iacobo de Pantholowitze vel procuratori suo pro eo ad hoc sufficiens mandatum habenti de dictis quinquaginta ducatis per nos occasione litis et cause huiusmodi, ut prefertur, taxatis, in quibus etiam per nos condempnatus existis

nec non quatuor aliis similibus ducatis auri de camera pro expeditione presentis nostri processus expositis, in quibus quatuor ducatis te etiam condempnavimus et processum huiusmodi taxavimus, prout taxamus et condempnamus per presentes, condignam satisfactionem et solutionem impendas realiter et cum effectu aut medio tempore secum convenias aut concordes super premissis amicabiliter cum eodem. Inhibentes vobis omnibus et singulis supradictis et generaliter quibuscumque aliis cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis aut preeminentie existant sub eisdem infrascriptis sententiarum penis, ne prefato domino Iacobo de Pantholowitze vel procuratori suo legitimo, quominus possessionem custodie predicte cum omnibus iuribus et pertinentiis predictis pacifice assequatur, sibique de ipsius fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis plenarie et integre respondeatur, ac de quinquaginta et quatuor ducatis condigna satisfactio et solutio impendatur omniaque alia et singula supra et infrascripta suum debitum consequantur effectum, impedimentum aliquod prestetis seu prestent ac impedienti ipsum dominum Iacobum de Pantholowitze principalem vel procuratorem suum super premissis in aliquo dederitis seu dent auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, directe vel indirecte quovis quesito colore vel ingenio, alioquin, si premissa omnia et singula non adimpleveritis, mandatis, monitione ac inhibitione nostris huiusmodi immoverius apostolicis non parueritis cum effectu, nos in vos et eos omnesque et singulos supradictos, qui culpabiles fueritis in premissis et generaliter in contradictores quoslibet et rebelles ac impedientes ipsum dominum Iacobum de Pantholowitze principalem vel procuratotem suum super premissis in aliquo ac ipsum impedienti dantes auxilium, consilium vel favorem per vos vel alium seu alios cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis vel preeminentie existant, exnunc prout extunc et extunc prout exnunc, singulariter in singulos dictos canonicis monitionibus premissis excomunicationem in dicte Premisliensis diocesis quarumcunque ecclesiarum collegia, capitula et conventus quecunque in his delinquerint suspensionis a divinis ac in ipsorum delinquentium et rebellium huiusmodi ecclesias, monasteria et capellas interdicti sententias ferimus in his scriptis et etiam promulgamus. Vobis vero reverendissimis et reverendis patribus dominis archiepiscopis et episcopis prefatis, quibus ob reverentias vestrarum pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, si contra premissa vel aliquid premissorum per vos vel submissas personas feceritis, predicta sex dierum canonica monitione premissa, ingressum ecclesie interdicimus in his scriptis; si vero huiusmodi interdictum per alios sex dies dictos sex dies immediate sequentes sustinueritis, vos in his scriptis eadem canonica monitione premissa suspendimus a divinis. Verum si prefatus interdicti et suspensionis sententias per alios sex dies prefatos duodecim dies immediate sequentes animis, quod absit, sustinueritis induratis, vos in his scriptis simili canonica monitione premissa, exnunc prout extunc et extunc prout

exnunc, excommunicationis sententia innodamus. Ceterum cum ad executionem premissorum ulterius faciendam nequeamus, quoad presens pluribus aliis arduis in Romana curia prepediti negotiis, personaliter interesse, universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis. cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis, tam cathedralium quam collegiatarum canonicis parochialiumque ecclesiarum rectoribus seu locatenentibus eorundem, plebanis, viceplebanis, capellanis, curatis et noncuratis ceterisque presbyteris, clericis, notariis et tabellionibus publicis quibuscumque per provincias, civitates et dioceses predictas ac alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum super ulteriori executione dicte nobis ultimo facte commissionis facienda auctoritate apostolica predicta tenore presentium committimus plenarie vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, quos et quemlibet eorum in solidum eiusdem auctoritate et tenore requirimus et monemus primo, secundo, tertio et peremptorie ipsis et eorum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena, quam in eos et eorum quemlibet canonica monitione premissa ferimus in his scriptis, nisi fecerint, que mandamus, districte precipiendo mandantes, quatenus infra tres dies post requisitionem ipsis seu alteri eorum pro parte dicti domini Iacobi de Pantholowitze principalis vigore presentium desuper factorum immediate sequentibus, quos tres ipsis et eorum cuilibet pro omnium dilatione terminoque peremptorio ac monitione canonica assignamus, ita tamen quod in his exequendis unus eorum alterum non exspectet nec alter pro alio se excuset ad vos omnes et singulos supradictos, quibus presens noster processus dirigitur, ad ecclesiam Premisliensem predictam personasque et loca alia, de quibus ac ubi, quando et quotiens expediens fuerit, personaliter accedant et huiusmodi nostros processus et quecunque in eis contenta vobis communiter vel divisim legant, intiment, insinuent ac fideliter publicari procurent nec non prefatum Iacobum de Pantholowitze vel procuratorem suum pro eo et eius nomine in et ad corporalem, realem et actualem possessionem custodie predicte iuriumque et pertinentium predictorum inducant auctoritate nostra ymmoverius apostolica et defendant inductum amoto exinde Iacobo Nicolai adversario ac intrusos et intrudendos predictos, quos nos, ut supra, admonemus et denuntiamus amotos ipsumque dominum Iacobum de Pantholowitze vel dictum suum procuratorem ad custodiam huiusmodi in dicta ecclesia Premisliensi in custodem recipi faciant et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis et ad custodiam huiusmodi, ut moris est, admittant et admitti faciant, sibique de ipsius custodie fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis plenarie et integre respondeant et faciant ab aliis, quantum in eis fuerit, integre responderi, ac de pretactis ducatorum summis debitam et condignam satisfactionem imponendi sub penis, sententiis et censuris antedictis, faciant atque procurent infra terminos superius adnotatos. Et si forsan, quod

non credimus, tu Iacobus Nicolai adversarius ac intrusi et intrudendi ceterique contradictores et rebelles predicti mandatis, monitionibus et inhibitionibus nostris huiusmodi ymmoverius apostolicis iuxta huiusmodi processuum tenorem parere et obedire neglexerint seu continanter recusaverint, sententias, censuras et penas predictas in eos propterea latas dampnabiliter incurrendo, extunc dictis subdelegatis nostris modo et forma premissis committimus et mandamus, quatenus dictum Iacobum adversarium ac intrusos et intrudendos contradictoresque et rebelles predictos in suis ecclesiis, monasteriis et capellis singulis diebus dominicis et festivis infra missarum et aliarum horarum divinarum solempnia, dum ibidem populi multitudo ad divina audienda convenerit seu alias congregata fuerit, quotiens pro parte dicti domini Iacobi de Pantholowitze principalis desuper requisiti fuerint seu alter eorum fuerit requisitus, excomunicatos tam diu denuntient et denuntiari faciant, donec aliud a nobis vel superiori nostro super hoc recipiant in mandatis. Si vero Iacobus Nicolai de Crosna adversarius ac intrusi et intrudendi contradictoresque et rebelles predicti dictam excomunicationis sententiam per decem dies illius denuntiationem immediate sequentes pertinaciter sustinuerint, nos extunc, quia crescente contumatia et inobedientia, crescere debeat et pena, ne facilitas pene audaciam tribuat delinquendi, processus nostros huiusmodi aggravamus, dictis subdelegatis nostris modo et forma premissis precipientes, quatenus singulis diebus dominicis et festivis in suis ecclesiis, monasteriis et capellis infra missarum et aliarum horarum divinarum solempnia dictam excommunicationem, denuntiationem reiterando et innovando, eosdem Iacobum Nicolai adversarium ac intrusos et intrudendos contradictoresque et rebelles sic, ut premittitur, excomunicatos, denuntiatos nominatim, campanis pulsatis, candellis accensis et demum extinctis et in terram proiectis, cruce erecta et religione induta, aquam benedictam aspergendo ad fugandum demones, qui eos detinent, sic ligatos et suis laqueis cathenatos orando, quod dominus noster Ihesus Christus ipsos ad catholicam fidem et sancte matris ecclesie gremium reducere dignetur, ne eos in talibus perversitate et duritia dies suos finire permittat, cum decantatione responsorii: „Revelabunt celi iniquitatem Iude“ et psalmi: „Deus laudem meam ne tacueris“ cum antiphona: „Media vita in morte sumus totaliter“. Et his finitis ad valvas ecclesiarum suarum una cum clericis parochianis accedentes ad terrorem, ut eo citius ad obedientiam redeant, tres lapides versus domos habitationum suarum proiiciant in signum maledictionis eterne, quam Deus dedit Chore, Dathan et Abiron, quos terra sustinere non potuit, sed iusto Dei iudicio illos absorbuit, ut in infernum descenderent viventes. Etiam post missam dictam in vesperis aliisque horis canonicis sermonibus et predicationibus solempniter publicent et denuncient et ab aliis, quantum in eis fuerit, publicari et denuntiari ac ab omnibus Christifidelibus arctius evitari faciant, donec aliud a nobis vel superiori nostro desuper receperint in mandatis. Verum si denuntiati et aggravati huiusmodi aggravationem ipsam per alios

decem dies illius publicationis et dictos decem dies immediate sequentes animis, quod absit, sustinuerint induratis, nos extunc, quia perversorum audatia presumptiva id exigit, ut unica pena non contenti fortioribus arceantur penis, ne fides illorum ledatur, qui semper superioribus suis obedientiam impenderunt, processus nostros huiusmodi reaggravamus, dictis subdelegatis nostris, ut supra, mandantes, quatenus omnes et singulos Christifideles utriusque sexus homines et presertim ipsorum aggravatorum familiares et servitores modo et forma premissis moveant et requirant primo, secundo, tertio et peremptorie prout et nos requirimus et monemus eosdem ipsisque et eorum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excomunicationis pena districtius iniungentes, quatenus infra sex dies monitionibus et requisitionibus huiusmodi ipsis factis immediate sequentes, quos dies ipsis et eorum cuilibet pro (*o*)mn(*ium*) . . . . . [1]) terminoque peremptorio ac monitione canonica assignent, prout nos assignamus eisdem, a participatione et communione ac familiaritate et servitio huiusmodi penitus et omnino desistant et quilibet eorum desistat, nec cum ipsis denunciatis et aggravatis vel eorum aliquo sermonem loquendo, stando, sedendo, ambulando, salutando, hospitando, comedendo, bibendo, molendo, coquendo, cibum, potum, aquam vel ignem ministrando aut aliquo humanitatis solatio preterquam in casibus personis a iure permissis participare presumant, et si contrarium fecerint, nos in eos et eorum quemlibet cum dictis denuntiatis et aggravatis rebelliter participantes, exnunc prout extunc et extunc prout exnunc, dicta sex dierum canonica monitione premissa excomunicationis sententiam ferimus in his scriptis et etiam promulgamus, dictis subdelegatis similiter committentes, quatenus singulis diebus dominicis et festivis in suis ecclesiis, monasteriis et capellis intra missarum et aliarum prescriptarum horarum solempnia, quotiens desuper requisiti fuerint, ipsos Christifideles familiares et servitores cum dictis denuntiatis et aggravatis rebelliter participantes excomunicatos tamdiu publice denuntient et ab aliis denuntiari faciant, donec aliud a nobis vel superiori nostro super hoc receperint in mandatis. Preterea si prefati denuntiati, aggravati et reaggravati huiusmodi reaggravationem per alios decem dies illius denuntiationis et dictos viginti dies immediate sequentes sustinuerint, Pharaonis duritiam immitando, ad modum aspidum surdarum aures suas obturando, ne vocem audiant incantantem, nos extunc omnes et singulas civitates, terras, opida, castra, villas, suburbia et quarumcumque ecclesiarum collegia, parochias et alia loca quecumque in et sub quibus seu ad que denuntiatos, aggravatos et reaggravatos predictos aut eorum aliquem morari, declinare seu devenire contigerit, quamdiu ibidem fuerint seu aliquis eorum fuerit, ecclesiastico susponimus interdicto, supradictis subdelegatis nostris modo et forma premissis precipientes, quatenus extunc, quamdiu dicti denuntiati, aggravati et reaggravati in dictis locis fuerint seu aliquis

---

[1]) Kilka liter wydartych, niewątpliwie: *dilatione*.

eorum fuerit, cessent et ab aliis cessari faciant apertis ianuis a divinis, quamquidem cessationem etiam per tres dies continuos post ipsorum denuntiatorum, aggravatorum et reaggravatorum vel alicuius eorundem abinde recessu observent et continuent et ab aliis observari et continuari faciant et permittant, ita et taliter, quod huiusmodi stante interdicto nulla ecclesiastica sacramenta in et super eisdem locis, in quibus dicti denuntiati, aggravati et reaggravati fuerint seu aliquis eorum fuerit, ministrentur nisi penitentia et baptizmus omnibus indifferenter, eucharistia infirmis tantum et matrimonium sine ecclesiastica solempnitate contrahatur inibique et sub eisdem locis decedentibus ecclesiastica denegetur sepultura. Demum vero si prefati denuntiati, aggravati, reaggravati et interdicti huiusmodi interdictum per alios decem dies illius publicationis et dictos triginta dies immediate sequentes sustinuerint, processibus nostris huiusmodi ymmoverius apostolicis non parendo cum effectu, quod Deus avertat, nos extunc, quia mucrona non proficiente ecclesiastico temporalis gladius non immerito suffragetur, auxilium brachii secularis duximus invocandum, ut quos timor Dei a malo non revocat, temporalis saltem coherceat severitas discipline, hinc est, quod vos illustrissimum et serenissimum principem dominum dominum Kazimirum Regem predictum dicti gladii principalem vibratorem et iustitie zelatorem in domino exhortamur vosque illustres et potentes dominos duces, comites, barones, milites, militares, consules, baillinos, iudices, officiales et alios supradictos iurisdictionem temporalem et ordinariam exercentes dicta auctoritate et tenore presentium requirimus et monemus primo, secundo, tertio et peremptorie, vobis et vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excomunicationis pena, quam in vos et vestrum quemlibet, canonica monitione premissa, ferimus in his scriptis, nisi feceritis, que vobis in hac parte mandamus, districte precipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spatium dictos terminos, monitionem presentium et requisitionem vobis seu alteri vestrum pro parte dicti domini Iacobi de Pantholowitze principalis desuper factam immediate sequens, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies vobis et vestrum cuilibet pro tertio et peremptorio termino ac monitione canonica assignamus contra prefatos denuntiatos, aggravatos, reaggravatos et interdictos per captionem, invasionem, incarcerationem et detentionem personarum, corporum eorum et bonorum eorundem insurgatis et alios insurgere faciatis, nec non personas, res et bona huiusmodi capiatis, invadatis, arrestetis, incarceretis et in custodia teneatis et occupetis per vos vel alium seu alios ac quilibet vestrum super hoc requisitus capiat, invadiat, arrestet, incarceret, custodiat, detineat et occupet libere et licite, eosque alias ita et taliter astringatis et compellatis potenter, etiam manu forti absque tamen gravi lesione corporum eorundem usque ad plenariam et integram paritionem omnium et singulorum premissorum. Super quibus omnibus vobis et cuilibet vestrum licentiam et plenariam potestatem concedimus per presentes. Quod si forte vos illustrissime princeps

domine Kazimirus Rex Polonie executor iustitie huiusmodi processuum nostrorum ymmoverius apostolicorum transgressor, contradictor vel neglector fueritis, quod tamen Vestre Maiestati prefulgide iam per totum orbem dudum divulgate obedientie suspicari non sinit, procul dubio etiam iusti iudicis indicium offendentis et premium alias pro executione iustitie vobis a Deo paratum nichilominus amittetis, et licet vos huiusmodi nostris sententiis sic ligari nolumus, vobis ob reverentiam Vestre Maiestatis non immerito deferentibus, intuitu tamen iustitie et ob sancte sedis apostolice et prefati domini nostri pape reverentiam eandem Regalem Maiestatem ad prefatam executionem efficaciter adimplendam in Domino exhortamur. Et generaliter supra dicti subdelegati nostri omnia et singula nobis in hac parte commissa plenarie exequantur, ita quod ipsi vel quicunque alter nichil in preiudicium dicti domini Iacobi de Pantholowitze principalis valeant attemptare nec in processibus per nos habitis et sententiis per nos latis absolvendo vel suspendendo aliquid immutare. In certis autem, que eidem domino Iacobo principali super premissis in aliquo nocere possint vel obesse, ipsis et quibuscunque aliis potestatem omnimodam denegamus, et si contingat nos super premissis in aliquo procedere, de quo nobis potestatem plenariam reservamus, non intendimus propterea commissionem nostram huiusmodi in aliquo revocare, nisi de revocatione ipsa specialem et expressam fecerimus mentionem. Presentes quoque litteras sive processus executoriales volumus penes dictum dominum Iacobum de Pantholowitze principalem vel procuratorem suum remanere et non per vos aut aliquem vestrum seu quemvis alium ipsis invitis quomodolibet detineri. Contrarium vero facientes prefatis nostris sententiis, prout in scriptis late sunt, ipso facto volumus subiacere. Mandamus tamen copiam fieri de premissis eam petentibus et habere debentibus petentium quidem sumptibus et expensis. Absolutionem vero omnium et singulorum, qui prefatas nostras sententias aut earum aliquam incurrerint sive incurrerit quoquomodo nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras sive presens publicum instrumentum processus nostros executoriales huiusmodi in se continentes sive continens exinde fieri et per notarium publicum nostrumque et huiusmodi cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus sigillique nostri iussimus et fecimus apensione communiri. Datum et actum Rome apud Sanctum Petrum in palatio causarum apostolico, in quo iura reddi solent, nobis inibi mane hora audiendarum causarum consueta ad iura reddendum et causas audiendum in loco nostro solito et consueto pro tribunali sedentibus. Sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, indictione undecima, die vero Veneris, vicesima tertia mensis Decembris, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini Pii divina providentia pape secundi anno sexto, presentibus ibidem discretis viris magistris Henrico Bormans et Remigio Gomeri notariis publicis scribisque nostris, cle-

ricis Leodiensis et Salamantinensis diocesum, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. N.

Et ego Simon Kaellen clericus Monasteriensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius reverendique patris domini Iohannis Didaci de Coca auditoris prenominati et huiusmodi cause coram ipso scriba, quia huiusmodi literarum executorialium petitioni et decreto omnibusque aliis et singulis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus presens et personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu aliena fideliter, me aliis occupato negotiis, scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum dicti reverendi patris domini Iohannis Didaci auditoris appensione sigilli signavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Or. perg. (B. 4) w jednem miejscu uszkodzony. Pieczęć wraz z sznurkiem oderwana. Na odwrotnej stronie dwa napisy dawniejsze mianowicie: *1465 Saturni XX. videlicet Iulii in Crosna reverendus pater dominus Nicolaus episcopus Premisliensis processum istum ad exequendum admisit presentibus discretis Martino in Crosna altarista et Martino curie presbytero.*

Anno Domini M°CCC°LXV die dominco videlicet XXVIII Iulii Ego Albertus vicarius in Kroszna infra missarum solemnia coram populi multitudine publicavi processus presentes et paratus fucram exequi actus, ut intra continetur, sed qui fuerat monendus non potuit inveniri, cum sit de medio sublatus.

Trzeci napis także współczesny, zawierający admissyę ze strony kapituły, tak zatarty, że tylko urwane słowa przeczytać się dadzą.

XCIII.

W Rzymie 10. Marca 1464 r.

Paweł II. papież nadaje Piotrowi z Książa ołtarz św. Stanisława w kościele katedralnym przemyskim.

Paulus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis cantori ecclesie Cracouiensis et Cracouiensi ac Premisliensi officialibus salutem et apostolicam benedictionem. Litterarum scientia, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Paulus de Xanchz rector parochialis ecclesie in Vyszkocz Poznaniensis diocesis, decretorum doctor, apud nos fidedigno commendatur [1]) testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, altare Sancti Stanislai, situm in ecclesia Premisliensi sub organis, quod quondam Stanislaus Latho ad ipsum altare perpetuus altarista, dum viveret, obtinebat, per obitum eiusdem Stanislai, qui extra Romanam curiam diem suum clausit extremum, vacaverit et vacet ad presens, nos volentes dicto Paulo, qui, ut asserit, in basilica sancti Petri de urbe pro Regno Polonie et certis aliarum nationum personis minor penitentiarius deputatus existit, premissorum meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios altare predictum, quod sine cura est, et usus fructus, redditus et proventus trium marcharum argenti secundum communem extimationem (*sic*), ut dictus Paulus etiam asserit, non excedunt sive premisso, sive alias quovismodo aut ex alterius cuiuscunque persona vel per liberam resignationem alicuius de illo extra dictam curiam etiam coram notario publico et testibus sponte factum vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta ipsumque altare dispositioni apostolice specialiter reservatum existat et super eo inter aliquos lis, cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore dato presentium non sit in eo alicui specialiter ius quesitum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis dicto Paulo auctoritate nostra conferre et assignare curetur, inducentes [2]) eundem

[1]) Wyrazy od *decretorum* do *com* wpisane na podskrobanem miejscu pismem i atramentem odmiennym.

[2]) Pomiędzy tym a następnym wyrazem miejsce na kilkanaście liter wydrapane i zapełnione haczykami atramentem tym samym co reszta dokumentu.

Paulum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem altaris iuriumque et pertinentiarum predictorum, et defendentes inductum amoto exinde quolibet illicito detentore ac facientes Paulum vel pro eo procuratorem prefatum ad altare huiusmodi, ut est moris, admitti, sibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus necnon dicte ecclesie Premisliensis iuramento, confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia, roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum. Quibus omnibus dictum Paulum in assecutione dicti altaris volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Premisliensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad exceptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nunc valeat provideri per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indultis huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi g(*racie*) impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua (*gracia*) toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, aut si dictus Paulus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie Premisliensis solitum (*iuram*)entum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestet, seu quod dictus Paulus, ut similiter asserit, dictam parochialem ecclesiam, cuius fructus, redditus et proventus, quos ipse Paulus non percipit, sex marcharum similium secundum estimationem predictam valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere, nos enim exnunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel igaoranter contigerit attemptari [1]). Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, sexto Idus Martii, pontificatus nostri anno primo.

---

[1]) Pomiędzy *contigerit* a *attemptari* przemazany jeden wyraz.

Na stronie odwrotnej:

Anno domini M° CCCC° LX sexto, indictione XIIII, pontificatus domini Pauli pape secundi anno secundo, die Saturni, XVII mensis Maii, in residentia domini Iohannis Rzeschowski canonici Premisliensis Premislie sita, hora tertiarum, Mathias procurator substitutus a Martino Lomza procuratore principali domini Pauli de Xansz literas presentes apostolicas coram domino magistro Stanislao officiali, cantore et me Leonardo notario et testibus presentavit et sibi literas desuper necessarias decerni petiit et se de proventibus altaris institui. Et dominus officialis et cantor petita sua admisit et ipsum investivit. Quem adstantem Iohannes zacrista ecclesie Premisliensis eodem die in ecclesiam et altare introduxit, presentibus Andrea Zawischa Presbytero et Notario publico de Bochnya, Alberto de Srada artium Baccalaureo et Stanislao Clerico de Lomsza.

Or. perg. (III. 23), znacznie wybladly, w wielu miejscach podziurawiony, cały dół wraz z miejscem, gdzie była pieczęć zawieszona, odcięty.

XCIV.

24. Maja 1465 r.

Piotr Dunin z Prawkowic podkomorzy sandomirski i Piotr z Rytarowic podkomorzy sanocki poświadczają rozgraniczenie dokonane pomiędzy wsiami Domaradzem wyższym i Zakobylem czyli Domaradzem niższym czyli dzisiejszą wsią Ludcza.

Nos Petrus Dunyn de Prawkouicze succamerarius terre Sandomiriensis et Petrus de Ritarovicze succamerarius terre Sanocensis generales recognoscimus tenore presencium, quibus expedit universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quomodo koram generosis Nicolao de Roscha succamerariatus nostre terre Sandomiriensis camerario et Pakosio herede de Pakoszowka succamerariatus terre Sanocensis camerario iudicialiter sedentibus, a nobis specialiter deputatis, reverendus pater dominus Nicolaus Dei gracia [1]) et suum capitulum Premisliense ab una et nobiles Nicolaus, Marcisius, Pelka et Petrus fratres indivisi de Zakobile ab altera partibus personaliter in loco granicierum inter hereditates seu villas Domaradz superiorem domini episcopi et sui ca-

[1]) Opuszczono: *episcopus Premisliensis.*

pituli Premisliensis et Zakobile alias Domaradz inferiorem [1]) parte ex adversa constituti, recognoverunt, quod limites et granicies farmiter (*sic*) inter heredites (*sic*) predictas scopulos faciendo et sipando secundum ius granicierum, que granicies et scopuli incepti sunt a fluvio Stobnycza ab illo loco, ubi fluvius Zakobila, qui dividit terras Sandomiriensem et Sanocensem inter predictas villas cadit in fluvium Stobnycza, deinde dicti scopuli facti sunt unus post alium ex utraque parte Zakobila supra procedendo usque ad originem dicti fluvii Zakobila, deinde ab origine dicti fluvii Zakobila procedunt successive usque ad arborem abietem alias gyedla et ab arbore abiete usque ad scopulum, qui in silva ab ipsa arbore procedendo ab antiquo est sipatus et ab eodem scopulo sipati sunt ceteri scopuli usque ad viam regalem, ubi ultimus scopulus est sippatus. Recognoverunt eciam reverendus pater dominus Nicolaus episcopus et suum capitulum Premisliense, quia consenserunt, ut fluvius Zakobila, ductus in molendinum factum in Zakobile sic maneat et fluat, ut fluit semper, que sic ordinata tenebunt perpetue et in evum, pro quibus nobilibus supradictis fideiussit generosus dominus Henricus heres de Kamyenyecz, quod has granicies tenebunt sub vadio mille mercarum (*sic*) et ante predictorum scopulorum ereccionem et sippacionem ministerialis Nicolaus Gavronek de terra Sandomiriensi et Nicolaus ministerialis de terra Sanocensi primo, secundo, tercio et quarto fecerunt proclamacionem in primo et ultimo scopulis secundum ius granicierum. Acta sunt hec anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto feria sexta post festum Ascensionis, presentibus ibidem magnificis et generosis dominis Paulo Odrowansz de Sproua Leopoliensi et Georgio de Humnyska Sanocensi Castellanis, Vaskone de Ribotieze Iudice Premisliensi, Pakosio de Czelaticze heredibus et aliis quampluribus fide dignis. In cuius rei fidem ac maiorem evidenciam sigilla nostra sunt presentibus subappensa.

Or. perg. (II. 29), dwie pieczęci wraz z paskami oderwane. Na odwrotnej stronie napis ręką 18. wieku:

Granicies inter Domaradz superiorem episcopatus Premisliensis et Zakobyle seu Domaradz inferiorem anno 1465. Eadem villa Zakobyle seu inferior Domaradz ad praesens vocatur Ludcza.

Dokument ten był oblatowany *feria quinta in crastino festi sanctae Annae 1679* w aktach grodzkich przemyskich.

---

[1]) Jest dzisiaj tylko jeden Domaradz, wieś w powiecie brzozowskim do biskupstwa przemyskiego należąca. Nazwy Zakobyle odszukać nie było można. Według napisu z XVIII. wieku na odwrotnej stronie dokumentu umieszczonego wieś tę nazwano później Łudcza. Nazywa się ona i dzisiaj tak i leży w powiecie strzyżowskim.

XCV.

W Sanoku 3. Września 1465 r.

Krystyn z Wzdowa sędzia i Pakosz z Pakoszowki podsędek sanoccy poświadczają, że Mikołaj biskup przemyski i kapituła przemyska „zdali w odbiciu na zdanem roce“ braci Jana i Macieja ze Smolic w sprawie o pogwałcenie granic pomiędzy Brzozowem a Malinówką.

Nos Cristinus de Wzdow iudex et Pankossius de Pankoschawka subiudex Sanocenses generales significamus per presentes quibus expedit, quomodo in nostri presencia et dominorum dignitariorum et terrigenarum pro tunc nobiscum sedencium die terminorum particularium reverendus in Christo pater dominus Nicolaus Dei gracia episcopus Premisliensis et suum capitulum Premisliense per suum procuratorem condempnaverunt alias zdali pro evasione alias w odbiczv iuxta concitaciones in termino concitato alias na zdanem roce nobiles Iohannem et Mathiam fratres de Smolice filiastros olim generosi Petri de Smolicze castellani Sanocensis, prout dicti fratres Iohannes et Mathias concitaverant prefatos dominos episcopum Premisliensem et suum capitulum Premisliense ad paratam cittacionem dicti patrui eorum castellani Sanocensis meliorando priorem cittacionem pro eo, quia vos in hereditate ipsorum dicta Malinowka sippastis et sippare petistis decem scopulos et quadraginta signa alias czosny fecistis violenter in ipso patruo eorum et in ipsis fratribus nullo iure acquirendo vobis appropriando et ab eorum hereditate alienando ista tam bona sicut ducente marce et pro totidem dampni iudicialiter responsuri, presentibus ibidem magnificis et generosis Nicolao Pyenyaszek de Vithovicze Succamerario Cracouiensi et Capitaneo Sanoccensi, Georgio de Humpniska Castellano, Petro de Boyska Vexillifero, Iohanne Baal Dapifero, de Ritherowce [1]) Succamerario, Leonardo de Pobyedne Tribuno Sanoccensibus dignitariis et aliis fidedignis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto. Actum in Sanok feria tercia proxima ante festum Nativitatis sancte Marie virginis gloriose anno uti supra etc.

Znajduje się w arch. kap. przem. w dwóch oryginałach (II. 27 i II. 28), u obu pieczęci wraz z paskami oderwane. Różnice w texcie tylko drobne, ważniejszą podano w adnotacyi. Na zewnętrznej stronie tak jednego jak drugiego napis późniejszy, z którego wynika, że chodzi tu o granicę pomiędzy Brzozowem a Malinówką.

---

[1]) W drugim egzemplarzu (II. 27): *Petro de Ritharovce.*

XCVI.

W Dunajowie na zamku 12. Sierpnia 1466 r.

Grzegorz z Sanoka arcybiskup lwowski rozstrzyga z polecenia papiezkiego sprawę kustodyi przemyskiej.

Gregorius Dei gratia sancte ecclesie Leopoliensis archiepiscopus et per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Pium divina providentia papam secundum ad infra scripta commissarius specialiter deputatus reverendissimo ac reverendis in Christo patribus et dominis dominis Gneznensi archiepiscopo, Cracouiensi, Poznaniensi, Wladislauiensi, Ploczensi, Wilnensi Gneznensis, et Chelmensi, Cameneczensi, Luciorensi, Moldauiensi nostre provinciarum eadem gratia episcopis, nec non abbatibus, prioribus, venerabilibusque et honorabilibus decanis, prepositis, archidiaconis, scolasticis, custodibus, sacristis, capitulisque kathedralium et collegiatarum ecclesiarum, plebanis et vicesgerentibus eorundem, vicariis, altaristis, notariis, tabellionibus et omnibus clericali nomine recensitis omnibusque et singulis status secularis quocunque titulo insignitis fratribus in Christo dilectis et omnibus illis vel illi quorum interest, intererit, vel interesse poterit in futurum et specialiter reverendo in Christo patri et domino domino Nicolao Dei gratia episcopo ac suo venerabili captulo totique clero sue iuridicioni subiecto et etiam nobili Iohanni de Balycze advocato Premisliensi in Domino salutem et nostris imoverius literis apostolicis obedire. Noveritis nos litteras commissionis sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii divina providentia pape secundi per venerabilem virum magistrum Iacobum de Panthelowycze custodem Premisliensem cum decencia presentatas, sanas, salvas et integras ac omni nota suspicionis carentes cum ea, qua decuit, reverentia suscepisse. Quarum tenor sequitur et est talis.

Tu następuje dokument papieża Piusa II. z 12. Stycznia 1463 r. (nr. XCI). Poczem:

Quibusquidem per nos visis et ad unguem contemplatis idem dominus Iacobus custos quasdam alias literas fundationis, erectionis, dotacionis custodie Premisliensis nobis presentavit, quarum etiam tenor sequitur sub hac forma.

Tu następuje dokument biskupa Piotra z 26. Czerwca 1444 r. (nr. LXXIV), zawierający dokument Wankona z 25. Kwietnia 1444 r. (nr. LXXIII). Poczem:

Oblatis ac eisdem fundationis, erectionis et dotationis litteris, nobis humiliter supplicavit, quatinus ad executionem mandati nobis ut supra comissi procedere dignaremur.

Nos vero parentes huiusmodi mandatis apostolicis ac peticionibus prefati domini Iacobi custodis rationabiliter inclinati, dum iusta, honesta, rationi consona et bono communi utilia postulantur, videntes ex premissis fundationis ipsius custodie litteris et privilegiis aliisque certis et bene examinatis instrumentis, ita esse per prescriptos reverendum patrem et dominum dominum Nicolaum episcopum Premisliensemque (*sic*) capitulum et Iohannem de Balycze advocatum Premisliensem patronos dicte custodie legitimos, veros et indubitatos ac prescriptum dominum Iacobum custodem eorum presentatum et confirmatum fuerat supplicatum nec sic in aliquo ipsum transsumptum et in iudicio porrectum ab originali dicte fundationis custodie deviare, sed a principio ad finem in omnibus punctis, articulis et clausulis convenire nec aliquos dolum, fraudem vel errorem intervenire, ipsas fundationem, erectionem, dotacionem, inscriptionem ipsius prebende sancte Crucis incorporationem, annexionem et translationem, temporalium proventuum permutacionem, iurispatronatus reservacionem, consensus dicti advocati et pro tempore existentium dacionem ac personam electam et in posterum eligendam omniaque et singula in dictis fundationis ipsius custodie litteris contenta vigore dicti mandati et auctoritate nobis in hac parte commissa in Christi nomine approbavimus, ratificavimus et confirmavimus presentibusque approbamus, ratificamus et confirmamus precipimusque omnia et singula temporibus perpetuis observari. Et ut premissa robur obtineant perpetue firmitatis nec errorem aut dolum contingat evenire in eisdem prenunciata per nostrum notarium et in facto presenti coram nobis scribam fecimus conscribi et nostri sigilli maioris munimine presentibus subappensi communiri. Actum et datum Dunayow in fortalitio nostro anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, inditione tredecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pauli divina providentia pape secundi anno ipsius primo, die vero Lune, duodecima mensis Augusti, hora tertiarum vel quasi, presentibus discretis et nobilibus Clemente de Premislia Presbitero castri, Nicolao de Calysch Subdyacono, Iohanne de Trambky Notario, Sigismundo de Sanok, Nicolao de Lekna, Thoma de Rohatin testibus circa premissa et aliis quampluribus fidedignis.

S. N.

Et ego Stanislaus Iarandi de Trzebochow clericus Gneznensis diocesis, apostolica auctoritate notarius publicus prefatique reverendissimi in Christo patris et domini domini Gregorii Dei gratia sancte ecclesie Leopoliensis archiepiscopi scriba, quia predictarum literarum apostolicarum exhibicioni, visioni, publicationi ac privilegii fundationis et erectionis presentationi et in eorum vera transsumpta ex originalibus veris transsumi petitioni aliisque omnibus, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent una cum prenominatis testibus

presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideo presens transsumptum ex veris originalibus per alium fidelem transscribi et exemplificari et in publicam formam exinde fieri procuravi neque (*sic*) signo et nomine meis et consuetis rogatus et requisitus subscripsi sigillique appensione prefati reverendissimi domini Gregorii Dei gratia archiepiscopi, in hac parte sedis apostolice comissarii, de eius speciali mandato roboravi in fidem omnium et testimonium singulorum premissorum.

Or. perg. (B. 5), po pieczęci pozostał tylko sznurek z niebieskiego i czerwonego jedwabiu.

XCVII.

W Nowem mieście Korczynie 4. Czerwca 1467 r.

Kazimierz Jagiellończyk nadaje miastu Radymnu przywilej odbywania dorocznych jarmarków przez ośm dni począwszy od dnia św. Mateusza ewangielisty.

In nomine Domini amen. Sagax humana condicio rebus sub tempore versantibus plerumque scripture ac testium aminiculum solet adhibere, ne actus talium simul cum fluxu temporis evanescant, proinde nos Cazimirus Dei gratia Rex Polonie nec non Craconie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cvyanie, magnus dux Lythwanie, Russie, Prussie, necnon Culmensis, Elbingensis et Pomeranie terrarum dux et heres, ad perpetuam rei memoriam significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris, quomodo habito singulari respectu ad non mediocrem virtutum meritorumque redolenciam nec non erga nos et regnum nostrum amplissimam devocionem reverendi in Cristo patris domini Nicolai episcopi Premisliensis sincere nobis dilecti, volentes insuper oppidi sui et eclesie sue Radimna in terris Russie et districtu Premisliensi siti condicionem facere meliorem, forum annuale seu nundinarum pro festo sancti Mathey apostoli et evangeliste cum continuacione dierum sequentium usque ad octavam eiusdem festi statuimus et indiximus, statuimusque et indicimus tenore presencium mediante, ab omnibus mercatoribus, vectoribus et hominibus utriusque sexus, cuiuscumque status, condicionis aut preeminencie existant, qui emendi aut vendendi gratia, sive res pro rebus commutandi, ibidem advenerint, damus singulis realiter exercendi atque celebrandi, decernentes, ac nostro

regio edicto statuentes, ut omnes, qui ad dictum oppidum Radymna in predicto festo et aliis diebus usque ad octavam, ut prefertur, negociacionis occasione accesserint, nostra regia et nostrorum successorum securitate pociantur, nisi tales sint, quos iura non tuentur, et quibus merito fide dignorum consorcia denegantur, perpetuis temporibus duraturum. Actum in Nova Civitate Corczin feria quinta in octava Corporis Christi anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, presentibus magnificis et generosis Iohanne de Rythwany regni Polonie, et Michaele Lassothsky Succamerario et Capitaneo Lanciciensi et Curie nostre Marschalcis, Mathia de Mossina Incisore eiusdem regni Polonie, Nicolao Roza de Borzischowycze Zawichostiensi et serenissime domine Elisabeth Regine Polonie necnon Stanislao de Schidlowyecz Zarnouiensi Castellanis et illustrium natorum nostrorum Magistris Curiarum, aliisque quam pluribus fide dignis. Datum per manus venerabilis Alberti de Zichlin Custodis Sandomiriensis Gnesnensisque, Cracouiensis, Wladislauiensis et Poznaniensis ecclesiarum Canonici, regni Polonie Vicecancellarii, nobis sincere dilecti.

Relatio eiusdem venerabilis Alberti de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarii.

Or. perg. (II. 30). Pieczęć wraz ze sznurkiem, na którym wisiała, zaginęła.

XCVIII.

W Rzymie 8. Czerwca 1471 r.

Papież Paweł II. udziela odpust na święta trzech Króli i Nawiedzenia NP. Maryi kościołowi NP. Maryi i Jana Chrzciciela w Przemyślu.

Paulus episcopus servus servorum Dei universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Dum precelsa meritorum insignia, quibus regina celorum virgo Dei genitrix gloriosa sedibus prelata sidereis quasi stella matutina prerutilat devote considerationis indagine perscrutamur, dum etiam infra nostri pectoris archana revolvimus, quod ipsa utpote mater gratie, mater misericordie et pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere pregravantur, sedula exoratrix ad regem, quem genuit, intercedit, dum etiam gloriosi Dei in sanctis suis altitudinem providentie, que eius ministros magnificat et altis decorat honoribus et celestis beatudinis possesores facit, consideramus attentius dignum, quin potius debitum reputamus, ut ecclesie et alia pia loca ad laudem genitricis Dei et aliorum sanctorum dedicata gratiosis remissionum prosequamur impendiis et indulgentiarum muneribus decoremus, cupientes

igitur, ut ecclesia Premisliensis in Regno Polonie sub vocabulo beate Marie et sancti Iohannis Baptiste dedicata, que, ut accepimus, inter gentes scismaticas et Ruthenicas ac neophitos constituta existit ac muris de novo cingitur, congruis honoribus frequentetur ac muri predicti ad complementum celerius perducantur et christifideles eo libentius devotionis causa confluant ad eandem ac ad huiusmodi constructionem murorum manus promptius porrigant adiutrices; quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberrius conspexerint se refectos de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in celebritatis Epiphanie et Visitationis beate Marie virginis festis diebus devote visitaverint animatim et ad huiusmodi constructionem manus porrexerint adiutrices, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod, si alias visitantibus ecclesiam ipsam vel ad structuram huiusmodi aut ipsius ecclesie fabricam manus adiutrices porrigentibus vel alias inibi pias elemosinas erogantibus aut alias aliqua alia indulgentia imperpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit huiusmodi relaxatio ac presentes littere nullius existant roboris vel momenti. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, sexto Idus Iunii, pontificatus nostri anno septimo.

Or. perg. (B. 6), na jedwabnych sznurkach koloru czerwonego i żółtego zawieszona bula papieża Pawła II. Na zagiętce z prawej strony: *S. de Mlyny.* Pod zagiętką z prawej strony: .. *Marcellus .. dimisi pro minuta grossos. V. Mar.* Pod zagiętką z lewej strony: *A. de Collis Io de Aquilono.* Pod zagiętką na lewym brzegu: *Iunii.* Na odwrotnej stronie: *R*(=*registratum.*)

XCIX.

W Przemyślu 12. Stycznia 1476 r.

Kapituła przemyska pozwala Helenie z Tyczyna wybudować dom na gruncie kapitulnym pod warunkiem, że będzie rocznie płaciła jeden ferton kapitule.

In nomine domini amen. Ad rei memoriam eviternam. Nos Iohannes decanus et administrator sede vaccante, Paulus de Vroczymouicze prepositus, Michael de Cleparz archidiaconus, Theodricus de Vavrzynczicze, Georgius Lithuos de Kazanow et Iohannes

Raphael [1]) de Tharnow prelati et canonici ecclesie cathedralis Premisliensis capitulariter pro festo Epiphaniarum anno domini infra scripto congregati, significamus, quibus expedit universis, quomodo ad instantem et humilem nobilis Elene de Thiczyn quondam advocate nunc vero Premislie manentis peticionem domum novam in area, ut dicebatur, venerabilium dominorum Mathie de Blandow decretorum doctoris ad presens et Nicolai Bilina canonicorum Premisliensium ad eorum canonicatus et prebendas spectanti et ex opposito domus venerabilis domini Iohannis decani de Humnyska prefati et circa viam publicam iacenti et site (*sic*) erigi et edificari de consensu et voluntate eiusdem domini Mathie Blandowsky factorum (*sic*) et Nicolai Bilina canonici speciali admisimus ac unanimem et concordem consensum prebuimus per eam dominam Elenam extruendam et quamdiu in humanis vixerit, cum latitudine totali ipsius aree tenendam ac possidendam; que domina Elena unum fertonem communis pecunie annis singulis pro festo sancti Martini quolibet loco census annui et (*sic*) occasione illius aree illi canonico, cuius area fuerit, dare et exsolvere tenebitur et sit astricta. Mortua vero dicta Elena, si aliquis ex prelatis et canonicis eandem domum sumptibus domine Elene edificatam redimere et exemere voluerit ab illo, ad quem post mortem ipsius Elene eadem domus racionabiliter devoluta fuerit, ex tunc soluto valore domus huius, eandem libere possidebit et pro beneplacito suo convertet, fertone nichilominus peccuniarum illius canonici, cuius area fuerit, salvo. Si vero ex prelatis et canonicis aliquis voluerit, extunc illa domus alicui homini probo consensu canonici, cuius area fuerit, accedente, vendi per illum, cuius fuerit, poterit et ille, qui emerit fertonem unum, semper illi canonico, ut supra premissum est, cuius area fuerit, solvere tenebitur et sit astrictus, quam domum quilibet inhabitans et ipsa domina honeste et sine scandalo aliquo conservabunt, alias si secus presumptum fuerit, ex tunc prelati et canonici eundem, qui prohibicioni dominorum contravenerit, liberam iuxta arbitrium corrigendi habebunt facultatem presentibus temporibus perpetuis duraturis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum minus capitulare presentibus est subappensum. Datum Premislie feria sexta infra octavas Epiphaniarum domini anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Or. perg. (B. 7). Pieczęć zaginęła, pozostał tylko pasek pergaminowy.

---

[1]) Powinno być *Iohannes Raphaelis de Tharnow*, jak wynika z wielu innych dokumentów.

C.

Na sejmie piotrkowskim 21. Kwietnia 1477 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza przywilej Władysława Warneńczyka z dnia 31. Sierpnia 1442 r.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithvanie, Russie Prusieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris horum noticiam habituris, quomodo, dum superioribus annis reverendissimo in Christo patri domino Nicolao episcopo Premysliensi sincere nobis dilecto litteras seu inscriptiones, quas se super villam nostram Dvnkowicze regalem in terra Premysliensi consistentem habere pretendebat, oblatas habuimus inter ceteras litteras infrascriptas sub titulo et sigillo serenissimi olim principis domini Vladislay Polonie et Hvngarie Regis, fratris nostri carissimi, que, ut apparebant, propter sigilli ab extra deformitatem non nichil suspicionis in se habere presumebantur. Tandem ne cuipiam preiudicari videamur, volentes rem experiri certius sigillum litterarum huiusmodi cancellarie nostre in medio consilii revidendum incidi mandavimus. Ubi cum nichil suspicionis nec vicii compertum sit, easdem duximus renovandas ac de verbo ad verbum presentibus inscribi et inseri iussimus in hunc modum:

Tutaj następuje przywilej Władysława Warneńczyka z r. 1442 (nr. LXVII). Poczem:

Quas quidem litteras animadvertentes esse sanas, salvas et omni prorsus suspicione carentes, gratas habentes, renovavimus, ratificavimus, approbavimus ac renovamus, ratificamus et approbamus tenore presencium mediante, decernentes easdem in omnibus punctis, condicionibus et clausulis robur firmitatis optinere (*sic*). In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum et actum in convencione Pyotrkouiensi generali feria secunda proxima ante festum sancti Adalberti anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

Stanislaus Vicecancellarius subscripsit.

Or. perg. (II. 31), w środku przecięty, pieczęć wraz z paskiem zaginęła. Na odwrotnej stronie *Rta*(=*registrata*).

CI.

W Przemyślu 1. Lipca 1478 r.

Andrzej biskup warmiński i inni komisarze rozstrzygają spór o pierwszeństwo pomiędzy dziekanem i proboszczem kapituły przemyskiej na korzyść dziekana.

. . . . . .

. . . . . .

et legitimos arbitros et amicabiles compositores comunesque amicos videlicet reverendissimum in Christo patrem et venerabiles dominos Andream Dei gracia episcopum Varmiensem et perpetuum administratorem ecclesie Premisliensis, Michaelem archidiaconum, Georgium Lithvos, Theodricum, Nicolaum Bilina et Iohannem Raphaelem [1]) de Tarnow prelatos et canonicos ecclesie prefate Premisliensis, in omnes et quemlibet eorum de alto et basso compromittentes, dantes eis omnimodam auctoritatem de et super prioritate voti et loci in choro et capitulo ipsius ecclesie Premisliensis ac discordiis occasione eorum suscitatis et de plano absque strepitu et forma iudicii verbo vel in scriptis laudare et arbitrare, iuribus ipsorum visis vel non visis, quatenus procedere possint et valeant ac quilibet eorum possit et valeat, promittentes cum notario publico infrascripto solenniter stipulanti et recipienti vice et nomine omnium, quorum interest ac interesse poterit quoquomodo in futurum, omnia et singula, que de et super omnibus et singulis premissis et eorum occasione per ipsos laudata et pronunciata fuerint, rata atque firma eviterne tenere et observare sub pena per eosdem dominos arbitros statuenda et facienda et huius lando et arbitramento nunquam in nullo contravenire per se vel alium seu alios quocunque colore exquisito vel ingenio, renunciantes insuper omnibus excepcionibus, iuribus, legibus facti ac doli omnibusque aliis auxiliis et defensionibus canonicis et civilibus, per que contra premissa facere possent, sed omnia per eosdem sic diffinita et laudata, firma et stabilia, valida debeant permanere perpetue et in evum. Super quibus omnibus et singulis prefati domini compromittentes petiverunt a me notario publico infrascripto ipsis confici presens publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indicione, pontificatus, die, mense hora et loco ut supra, presentibus ibidem nobilibus et honorabilibus dominis Raphaele de Prochnik herede, Baltazaro filio olim domini Dolynsky ac Cristino et Iohanne notariis reverendissimi patris domini episcopi Varmiensis et aliis fide dignis ad premissa vocatis.

---

[1]) Powinno być *Raphaelis*.

Et ego Nicolaus Mathie de Brzozow clericus Premisliensis diocesis publicus auctoritate imperiali notarius, quia predicti compromissi de alto et basso faccioni arbitrorumque nominacioni, eleccioni et assumcioni aliisque omnibus et singulis premissis, dum sic fierent, unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum compromissi instrumentum manu propria scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis consignavi in fidem premissorum rogatus et requisitus.

Tandem nos arbitri predicti huiusmodi compromissi auctoritate per predictas partes in nos facti et per nos assumpti, visis itaque et auditis propositis et responsis parcium ipsarum, omnibusque aliis inter ipsas partes productis, factis et habitis et merito videndis recensitis eisdem partibus presentibus cause, liti et controversiis quibuslibet finem debitum et amicabilem per nostram sentenciam arbitralem seu laudum imponere huiusmodique litem funditus cupientes extinguere, matura animi nostri deliberacione prehabita, illum solum pre oculis habentes, de cuius vultu iusta procedunt iudicia ipsiusque nomine invocato ad nostram sentenciam arbitralem processimus ipsamque coram partibus predictis tulimus et pronunciavimus huius sub tenore:

Nos Andreas Dei gracia episcopus Varmiensis et perpetuus administrator ecclesie Premisliensis, Michael archidiaconus, Georgius Lithvos, Theodricus, Nicolaus Bilina et Iohannes Raphael Tharnowsky prelati et canonici ecclesie Premisliensis necnon arbitri et amicabiles compositores venerabilium dominorum Iohannis de Humnyska decani et Pauli de Vroczimouicze prepositi prefate ecclesie kathedralis Premisliensis in et super causa inter eos dudum occasione prioritatis vocis in choro et loci in capitulo et aliarum controversiarum quoquomodo exorta, vigore compromissi in nos libere sub pena vallata mille florenorum Vngaricalium puri auri, iusti et veri ponderis facti per ipsas partes pro ea, que vidimus et cognovimus, videmusque et cognoscimus. Christi nomine invocato per hanc nostram sentenciam arbitralem, quam in his scriptis ferimus, dicimus, decernimus et declaramus, ipsum dominum Iohannem decanum prelatum priorem ipsius ecclesie kathedralis Premisliensis fuisse et esse locumque et vocem principalem in choro et capitulo sibi prius quam domino preposito debita eandemque loci et voti prioritatem eidem domino decano et suis successoribus decanis adiudicandam fore et adiudicamus ipsique domino preposito cum suis successoribus perpetuum silencium occasione premissorum imponendum fore et imponimus hac nostra sentencia mediante lecta, lata et in scriptis promulgata fuit et est nostra arbitralis sentencia per nos Andream episcopum Varmiensem et perpetuum administratorem ecclesie Premisliensis in presencia parcium predictarum et eam fieri petentium. Anno, die, loco, hora, ut in instrumento compromissi.

Post cuius quidem nostre sentencie arbitralis leccionem et pronunciacionem fuimus per predictum dominum Iohannem decanum instantibus peticionibus requisiti, quatinus eandem nostram sentenciam arbitralem in publicam formam redigi decretumque et auctoritatem nostram ad id interponi dignaremur. Nos vero arbitri supradicti attendentes requisicionem et peticionem huiusmodi, utpote iustam et racioni consonam, dictam nostram sentenciam arbitralem per notarium nostrum ac cause et facti huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum scribi et subscribi et nostrorum appensione sigillorum iussimus communiri. Actum et datum Premislie in curia episcopali anno domini M° CCCC LXX^mo VIII, indicione XI, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Sixti pape moderni anno ipsius VII., die vero Mercurii, prima mensis Iulii, hora terciarum, presentibus honorabilibus dominis Martino Presbytero, Cristino et Iohanne Notariis reverendissimi patris domini episcopi memorati, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

S. N.

Et ego Nicolaus Mathie de Brzozow clericus Premisliensis diocesis, publicus auctoritate imperiali notarius et coram reverendissimo in Christo patre domino episcopo ac eius venerabili capitulo Premisliensi arbitris memoratis facti presentis scriba, quia predictis sentencie arbitralis promulgacioni, pene vallate mille florenorum interposicioni aliisque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi et in notam sumpsi, ex qua hoc presens sentencie arbitralis publicum instrumentum manu propria scriptum confeci et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis unacum appensione sigillorum prefatorum dominorum arbitrorum consignavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus per prefatum dominum Iohannem decanum.

Or. perg. (B. 9), dwie pieczęci wraz z paskami, na których wisiały, oderwane. Około trzeciej części dokumentu z góry obcięto.

CII.

W Sandomierzu 6. Sierpnia 1478 r.

Kazimierz Jagiellończyk zastawia kapitule przemyskiej wieś królewską Duńkowice w sumie dwustu grzywien.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, qnomodo animadvertentes benemerita et obsequia nobis multipharie exhibita reverendi in Christo patris domini Andree episcopi Warmiensis et administratoris perpetui Premisliensis, sincere nobis dilecti, quibus Maiestati nostre non minus constanter, quam perseveranter placere studuit et est specialiter commendatus, sibi et suis successoribus ecclesie prefate Premisliensis episcopis ducentas marcas pecuniarum monete et numeri Polonicalium, marcam in qnamlibet quadraginta et octo grossos computando, in et super villa nostra regali Dwnkowycze in terra Premisliensi sita tenute paternitatis sue dedimus et inscripsimus, damus et inscribimus tenore presencium mediante, per ipsum dominum Andream episcopum et ipsius successores, ut prefertur, ecclesie Premisliensis episcopos villam prefatam cum omnibus censibus, fructibus, redditibus, proventibus ad eandem quomodolibet spectantibus omnique iure et dominio alias iuxta vim, effectum et continenciam litterarum capitalium super dictam villam Dwnkowycze concessarum tenendum, habendum, utifruendum pacificeque et quiete possidendum et obtinendum usque ad predictarum ducentarum marcarum peccunie plenariam et integram exolucionem, qua tunc habita possessio ville eiusdem ad nos et nostros successores redibit et revertetur pleno iure, stacionibus et iuribus nostris regalibus remanentibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio litterarum. Datum Sandomirie feria quinta in crastino sancti Dominici confessoris anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo.

Stanislaus Vicecancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Stanislai de Cwrozwaki (*sic*) regni Polonie Vicecancellarii.

Or. perg. (B. 8). Pieczęć z paskiem, na którym wisiała, zaginęła. W środku dokument trochę rozcięty.

CIII.

W Rzymie 7. Października 1479 r.

Jan de Ceretanis biskup nuceryński, zastępca audytora papieskiego, wyrokuje w sporze pomiędzy dziekanem a proboszczem kapituły przemyskiej o prezentę w Pnikucie.

Iohannes de Ceretanis Dei et apostolice sedis gratia episcopus Nucerinus unius ex sacri palatii apostolici causarum auditoribus locum tenens causeque et causis ac partibus infrascriptis a domino nostro papa iudex specialiter deputatus, universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis, succentoribus, tam kathedralium quam collegiatarum canonicis parochialiumque ecclesiarum rectoribus sive locum tenentibus eorundem, plebanis, viceplebanis, capellanis curatis et non curatis, vicariis perpetuis, altaristis ceterisque publicis clericis, notariis et tabellionibus publicis quibuscunque per civitatem et diocesim Premisliensem ac alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum ac illi vel illis, ad quem vel ad quos presentes nostre littere pervenerint, salutem in Domino et nostris huiusmodi imoverius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, quod nuper sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus quandam commissionis sive supplicationis cedulam nobis per certum suum cursorem presentari fecit, quam nos cum ea, qua decuit, reverentia recepimus huiusmodi sub tenore:

Beatissime Pater. Licet devoti eiusdem Sanctitatis vestre Iohannes de Humniska decanus, Petrus cantor ac Theodorus canonici ecclesie Premisliensis, ad quos de antiqua et approbata hactenusque inviolabiliter tenta et observata consuetudine ius presentandi, personam idoneam ad ecclesiam in Pnikolth Premisliensis diocesis obtinendam, dum et quoties ipsius vacationis casus occurrit, spectare et pertinere consuevit ad huiusmodi ecclesiam tunc certo modo vacantem obtinendam devotum etiam eiusdem Sanctitatis vestre oratorem Iohannem Iaroslaw presbyterum dicte diocesis infra tempus legitimum loci ordinario presentaverint, nichilominus tamen quidem Paulus de Wroczymowycze assertus dicte Premisliensis ecclesie prepositus, asserens licet falso ratione dicte prepositure esse priorem dicto decano et habere priorem vocem in capitulo et locum in choro et propterea ius presentandi personam idoneam ad dictam ecclesiam ad ipsum et non ad dictum decanum spectare, qui Albertum de Iassiel assertum presbyterum ad huiusmodi ecclesiam obtinendam

licet nulliter et defectorie presentavit. Postquam lite et controversia tam de et super dictam ecclesiam quam etiam iuris presentandi huiusmodi inter prefatos viros ac Paulum et Albertum respective adversarios predictos coram reverendo patre domino Andrea episcopo Varmiensi, perpetuo administratore ecclesie Premisliensis, in prima instantia introducta prefatus dominus Andreas episcopus et administrator in huiusmodi causa rite et legitime procedens, quandam pretensam sententiam pro dictis Paulo et Alberto et contra oratores promulgavit, ut dicitur, diffinitivam, a qua pro parte dictorum oratorum ad metropolitam Leopoliensem appellato causaque appellationis huiusmodi coram venerabili viro domino Stanislao Iarandi sede vacante administratore ecclesie Leopoliensis introducta et in causa huiusmodi inter partes predictas processo prefatus dominus Stanislaus administrator in dicta causa ad ulteriora procedens, sententiam pro dictis oratoribus et contra Paulum et Albertum predictos tam in ecclesia predicta quam iurisdictione presentandi, per quam inter alia prefatum Iohannem Iaroslaw, sicut prefertur, per decanum et eius litis consortes predictos ad prefatam ecclesiam in Pnykolth obtinendam presentatum instituit et ipsum de eadem investivit ac in corporalem, realem et actualem possessionem dicte ecclesie ipsum induxit, nec non de fructibus eiusdem ecclesie sibi responderi mandavit, tulit et promulgavit sententiam. A qua quidem diffinitiva sententia similiter pro parte Pauli et Alberti predictorum licet nulliter ad metropolitanum Gneznensem appellatum ac deinde per quemdam Petrum de Pnyewy vicarium generalem et officialem archiepiscopi Gneznensis citatio contra decanum et litis consortes predictos decreta fuit in maximum preiudicium et gravamen eorundem oratorum. Unde postmodum a decreto citationis cum inhibitione per dictum vicarium seu officialem generalem ac a toto pretenso processu per eum et coram eo facto et fiendo pro parte dictorum oratorum ad Sanctitatem vestram sanctamque sedem apostolicam provocatum et appellatum extitit. Et cum, Pater sancte, per dictum officialem Gneznensem dictis oratoribus tale sit illatum gravamen, quod per appellationem a diffinitiva reparari non potest, dignetur Sanctitas vestra causam et causas appellationis et appellationum huiusmodi nullitatisque et nullitatum pretensarum citationis et inhibitionis ac processum per dictum officialem Gneznensem in premissis et circa ea factis, nec non quam et quas prefati oratores tam coniunctim quam divisim respective habent et movent habereque et movere volunt et intendunt contra et adversus Paulum et Albertum adversarios predictos omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes de et super molestationibus, vexationibus, perturbationibus et inquietationibus et impedimentis eisdem occurentibus respective tam de et super dicta ecclesia in Pnykolth, quam iuris presentandi ad dictam ecclesiam sive prioritatem vocis et loci predictam rebusque aliis in actis cause huiusmodi latius exprimendis et ipsorum occasione, alicui ex reverendis patribus et dominis vestri sacri palatii causarum apostolici auditoribus committere audiendas, cognoscendas,

decidendas fineque debito terminandas cum omnibus et singulis illarum incidenciis, dependenciis, emergenciis, anexis et connexis, et cum potestate dictos Paulum et Albertum omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes et in executione citationis presentium vigore ad partes decernendum in Romana curia et extra eam vocandi, citandi, dictoque Petro pretenso vicario et officiali generali Gneznensi nec non dictis adversariis ac quibusvis aliis personis et iudicibus in forma solita et consueta inhibendi ceteraque alia faciendi et exercendi, que merita cause et causarum huiusmodi ac iuris ordo postulant et requirunt, constitutiones et ordinationes apostolice ac quidem causa seu cause huiusmodi non sint forsan ad dictam curiam legitime devolute neque in eadem de sui natura aut iuris necessitate tractande seu finiende ceterisque contrariis non obstantibus quibuscunque.

Huiusmodi siquidem commissionis talis reperitur signatura: De mandato domini nostri pape audiat episcopus Nucerinus, citet, ut petitur et iusticiam faciat.

Subsequenter vero prelibatus dominus noster papa quandam aliam commissionis sive supplicationis cedulam nobis per unum ex dictis suis cursoribus presentari fecit, quam nos cum solita, qua decuit, reverentia recepimus, huiusmodi sub tenore:

Beatissime Pater. Neovacante parrochiali ecclesia in Pnykolth Premisliensis diocesis devotus orator eiusdem Sanctitatis vestre Iohannes Humniska decanus ecclesie Premisliensis una cum quibusdam Petro cantore, ac Theoderico canonico eiusdem ecclesie Premisliensis, ad quos de antiqua et approbata hactenusque inviolabiliter tenta et observata consuetudine ius presentandi personam ydoneam ad dictam ecclesiam in Pnykolth illius vacatione occurente pertinere dinoscitur ad dictam ecclesiam obtinendam Iohannem de Iaroslaw presbyterum dicte diocesis infra tempus legitimum loci ordinario presentavit, unde Paulus de Wroczymowicze dicte ecclesie Premisliensis assertus prepositus, pretendens ipsum esse priorem prefato decano et debere habere primum stallum in choro et primam vocem ac locum in capitulo et propterea ius presentandi ad ipsum et non ad decanum predictum oratorem pertinere ad dictam parochialem ecclesiam obtinendam Albertum de Iassyel assertum presbyterum etiam presentavit, quodque propterea lis sive questio inter Iohannem decanum, Petrum et Theodoricum et Iohannem Iaroslaw presentatum ex una et Paulum prepositum et Albertum de et super iure presentandi ad ecclesiam parochialem predictam exorta et inter dictas partes coram reverendo patre domino Andrea episcopo Varmiensi perpetuo administratore dicte ecclesie Premisliensis in prima et deinde in secunda coram domino Stanislao Iarandi sede vacante administratore ecclesie Leopoliensis litigatum extitit. Et deinde causa inter dictas partes in Romana curia coram reverendo patre domino Iohanne de Ceretanis, episcopo Nucerino, unius sacri pallatii apostolici causarum auditoris locumtenente, introducta fuit et ad presens pendet videlicet principalitatis et iuris

presentandi. Unde, Pater sancte, occasione iuris presentandi ad dictam parochialem ecclesiam ac preeminentie loci tam in choro quam in capitulo, ratione cuius uterque ex decano et preposito pretendit ius presentandi ad ipsum pertinere, controversie et iniurie exorte fuerunt, propter quod decanus et prepositus predicti in reverendissimum patrem dominum Andream, episcopum Varmiensem, prefatum administratorem ac eiusdem Premisliensis ecclesie capitulum modo et forma ac penis pecuniariis tamquam in arbitros et arbitratores ac amicabiles compositores compromiserunt. Qui quidem episcopus et capitulum vigore dicti compromissi per eos laudum sive sententiam arbitralem secundum fundationem et privilegia dicte ecclesie Premisliensis ac prescriptionem legitimam, prioritatem vocis in capitulo ac stalli sive loci in choro ad decanum dicte ecclesie et non ad prepositum pertinere, et sic prefatum Iohannem debuisse et debere habere primam vocem in capitulo et locum sive stallum in choro dicte ecclesie, declaraverunt [1]). A quo quidem laudo sive sententia minime pro parte dicti prepositi appellatum sive reclamatum seu ad arbitrium boni viri recursus habitus extitit. Postque Paulus prepositus, nescitur quo animo ductus, pretendens licet falso formam compromissi non fuisse servatam et laudum sive sententiam fuisse nullam, causam super pretensa nullitate dicti laudi venerabilibus viris Mathie de Blandow et Iohanni Raphaelis de Tarnow eiusdem ecclesie Premisliensis canonicis per quasdam pretensas literas in forma sua nobis ab eadem Sanctitate vestra emanatas primo contra dictum Iohannem decanum et deinde per alias literas in forma conquestionis contra Iohannem decanum et Franciscum vicedecanum de et super certis pretensis, iniuriis occasione premissa, cui, ut premittitur, negotium principale et causa iuris presentandi, cuius occasione predicte iniurie orte fuerunt, commissum extitit, ut pretendebatur, sibi illate rebusque aliis tunc expressis per alias certas pretensas in forma conquestus eisdem Mathie et Iohanni Raphaelis canonicis committi obtinuit presentatisque dictis pretensis litteris eisdem Mathie et Iohanni canonicis prelibati Mathias et Iohannes minime advertentes, quod solum in civitate et diocesi Premisliensi causas predictas cognoscere debebant, in civitate Cracouiensi de dictis causis cognoscere voluerunt et quasdam pretensas litteras citatorias contra prefatos decanum et eius vicedecanum oratores decreverunt licet nulliter. Et deinde quosdam Stanislaum de Szwyradzycze prepositum Kyelczanensem et Iohannem de Latoschiny canonicos Cracouienses extra civitatem et diocesim Premisliensem ac in loco ab eisdem civitate et diocesi ultra duas dietas remoto contra iuris dispositionem subdelegaverunt etiam nulliter in preiudicium et gravamen dictorum prelatorum. Quodque pro parte ipsorum decani et vicedecani oratorum a citationis decreto et subdelegationis premisse ac ab aliis gravaminibus in appellatione desuper interposita latius expressis ad eandem

[1]) Porównaj dokument z 1. Lipca 1478 r. powyżej nr. CI.

Sanctitatem vestram sanctamque sedem apostolicam appellatum existit. Dignetur igitur eadem Sanctitas Vestra causam et causas appellationis et appellationum huiusmodi nullitatisque et nullitatum pretensarum doticii (*sic*) et subdelegationis predictorum ac totius pretensi processus, nec non attemptatorum et innovatorum omnium post et contra dictam appellationem alicui ex reverendis patribus dominis vestri sacri pallatii apostolici causarum auditoribus tam coniunctim quam divisim et, si placet, ne continentie causarum dividantur, eidem domino episcopo Nucerino committere audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum omnibus et singulis illarum incidenciis, dependenciis, emergenciis et connexis, et cum potestate prefatum Paulum omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes et in executione citationis huiusmodi vigore huiusmodi commissionis decernendi in Romana curia et extra eam vocandi, citandi et dictis pretensis iudicibus et eorum subdelegatis et dicto Paulo ac quibusvis aliis personis et iudicibus inhibendi, ceteraque alia faciendi, exercendi, que merita cause seu causarum huiusmodi de sui natura postulant et requirunt constitutiones et ordinationes apostolice ac quod causa seu cause huiusmodi ad Romanam curiam legitime devolute aut in eadem forsan de sui natura aut iuris necessitate tractande seu finiende non existant, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus litera superioris littere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba videlicet: De mandato domini nostri pape audiat idem episcopus, citet, ut petitur, et iustitiam faciat.

Cuius quidem commissionis vigore citatione legitima unacum inhibitione inserta extra Romanam curiam et ad partes per nos in forma solita et consueta decreta atque concessa subsequenter fuit nobis pro parte venerabilium virorum dominorum Iohannis Humniska decani et Francisci vicedecani ecclesie Premisliensis principalium in preinserta nobis facta et presentata commissione principaliter nominatorum expositum cum querela, quod nonnulli domini prelati, iudices, officiales, comissarii ordinarii, extraordinarii delegati, subdelegati, executores, subexecutores, capitulum, conventus, collegia, clerici, notarii et tabelliones publici alieque persone tam ecclesiastice quam seculares civitatis et diocesis predictarum ac alibi constituti penes se haberent et detinerent ac scirent, habent et detinent in eorum cistis, scrineis, acthis, thecis, custodiis ac notis manualibus, prothocollis sive regestris nonnulla acta acticata, literas, scripturas, privilegia, statuta, processus, instrumenta ac alia iura et munimenta, causam et causas huiusmodi tangentes et tangentia ac eam vel eas quomodolibet concernentes et concernentia ac pro defensione et cognitione iurium dictorum dominorum Iohannis decani et Francisci vicedecani principalium necessarias et necessaria et sine quibus de huiusmodi cause vel causarum meritis, ut asserebatur, ad plenum liquere et constare non

posset. Qua propter fuimus pro parte dictorum dominorum Iohannis decani et Francisci vicedecani principalium debita cum instantia requisiti, quatenus sibi super hoc de oportuno remedio providere literasque compulsorias generales in talibus fieri consuetas extra Romanam curiam et ad partes predictas in forma solita et consueta decernere et concedere dignaremur. Nos igitur Iohannes episcopus et locum tenens prefatus attendens requisitionem huiusmodi fore iustam et consonam rationi et quod iusta petentibus non est denegandus assensus bonique iudicis sit cuncta rimari, ne occasione occultationis iurium partium huiusmodi ius alicuius earundem valeat deperire, ideirco auctoritate apostolica nobis commissa et qua fungimur in hac parte vos omnes et singulos supradictos, quibus presentes nostre litere diriguntur et vestrum quemlibet in solidum tenore presentium primo, secundo, tertio et peremptorie communiter et divisim requirimus et monemus vobisque nichilominus et vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub infrascriptis sententiarum penis districte precipientes mandamus, quatenus infra sex dierum spatium post presentationem seu notificationem presentium vobis seu alteri vestrum factam et postquam pro parte dictorum dominorum Iohannis decani et Francisci vicedecani principalium vigore presentium super hoc fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus immediate sequentibus, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies vobis universis et singulis supradictis et vestrum cuilibet pro tertio et peremptorio termino ac monitione canonica assignamus, ita tamen quod in his exequendis unus vestrum alium non expectet, nec unus pro alio se excuset prefatos dominos prelatos, iudices, officiales, collegia, capitulum, conventus, notarios, tabelliones publicos ac alias personas quascumque ecclesiasticas et seculares, atque loca per exhibitorem presentium vobis nominandos, nominandas et nominanda personaliter accedatis, eosque et eas auctoritate apostolica predicta requirentes et monentes similiter primo, secundo, tertio et peremptorie, quos et quas nos etiam tenore presentium sic requirimus et monemus, eis et eorum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub eisdem penis infrascriptis districte precipientes, mandantes, quatenus infra duodecim dies post presentationem et requisitionem vestras huiusmodi eis factas immediate sequentes, quorum duodecim dierum quatuor pro primo, quatuor pro secundo et reliquos quatuor dies eis et eorum cuilibet pro tertio et peremptorio termino ac monitione canonica assignetis, prout nos etiam eisdem sic assignamus, omnia et singula acta acticata, literas, scripturas, instrumenta, processus, iuria, privilegia et alia munimenta, quecumque predicta causam et causas huiusmodi tangentes et tangentia, penes eos existentes et existentia, originaliter et in eorum formis originalibus vel eorum seu earum vera transsumpta ex eorum formis originalibus aut eorum notis seu manualibus sive prothocollis huiusmodi in publicam formam redactis et redacta aut alias sub sigillis authenticis sigillatas ac sigillata ac sub talibus modo et forma, quod eisdem in dicta Romana curia et alibi in iudicio et extra merito

valeat et debeat fides plenaria adhiberi, nil addendo, minuendo aut mutando, quod facti substantiam immutet seu variet intellectum prefatis dominis Iohanni decano et Francisco vicedecano principali aut eorum legitimo procuratori seu presentium exhibitori nobis seu alteri forsan loco nostri in causa seu causis huiusmodi interim surrogando auditori ad eandem Romanam curiam deferendas et deferenda sine difficultate et contradictione quibuscumque coram nobis tradant libere et assignent ac extrahi, transsumi et exemplari eorumque sigilla, signa et manus notariorum recognosci permittant, faciant et procurent, satis facto tamen primitus illi vel illis, cui vel quibus satisfactio fuerit impendenda pro et de eorum laboribus et salario competenti. Si vero huiusmodi iura et munimenta per quoscumque detineantur abscondita et non tradantur ac haberi sciantur et non revelentur, detentores ipsos ad tradendum ac haberi scientes ad revelandum huiusmodi iura et munimenta auctoritate nostra immo verius apostolica prefata per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis. Quod si forte premissa omnia et singula, prout ad vos et eos ac vestrum et eorum quemlibet communiter vel divisim pertinent, non adimpleveritis, adimpleverint seu adimpleverit ac mandatis et monitionibus nostris huiusmodi imoverius apostolicis non parueritis, parnerint seu paruerit cum effectu aut aliquid in contrarium feceritis. fecerint seu fecerit quoquomodo, publice vel occulte, directe vel indirecte, nos in vos et eos ac vestrum et eorum quemlibet nec non contradictores quoslibet et rebelles tam coniunctim quam divisim exnunc prout extunc et extunc prout exnunc singulariter in singulos dictos canonicis monitionibus premissis excommunicationis, in capitula vero, collegia et conventus quecunque in his delinquentes suspensionis a divinis et in ipsorum delinquentium ecclesias, monasteria et capellas interdicti sententias ferimus in his scriptis et etiam promulgamus, diem vero requisitionis et monitionis viam huiusmodi atque formam et quanta fides dictis actis, iuribus et munimentis fuerit adhibenda ac quidquid vobis occurrerit relatione dignum in premissis nobis per vestras patentes litteras seu instrumentum publicum hanc seriem sive designationem in se continentem sive contineus remissis presentibus fideliter intimare curetis. Absolutionem vero omnium et singulorum, qui prefatas nostras sententias aut earum aliquam incurrerint sive incurrerit quoquomodo, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras sive presens publicum instrumentum huiusmodi nostras litteras compulsorias in se continentes sive continens exinde fieri et per notarium publicum nostrumque et huiusmodi cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Rome in domo habitationis nostre sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, indictione duodecima, die vero Iovis, septima mensis Octobris, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini Sixti pape quarti

anno nono, presentibus ibidem discretis viris Magistro Bernardo Munime, Notario publico scribaque nostro et Iohanne Biszpiuck clericis Monasteriensis civitatis et diocesis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

S. N. Et ego Iohannes Tomek clericus Morinensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius . . . . . (*reszta odcięta*).

Or. perg. (B. 10), cały dół wraz z częścią podpisu notaryackiego odcięty. Na odwrotnej stronie dwa współczesne napisy:

Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo die Saturni VIII. Januarii Premislie reverendissimus pater dominus Andreas Dei gracia episcopus Premisliensis cum venerabili capitulo eiusdem ecclesie presentes literas apostolicas exequi mandavit presentibus ut in actis.

Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo die Veneris XIIII. Januarii, indictione XIII, pontificatus sanctissimi domini nostri Sixti pape quarti moderni anno ipsius nono, Ego Jacobus de Jaroslaw diocesis Premisliensis viccarius perpetuus in eadem ecclesia Premisliensi executus sum presens mandatum accedendo personaliter venerabiles dominos prelatos et canonicos prefate ecclesie tunc die eadem capitulariter in domo domini archidiaconi Premisliensis congregatos iuxta vim, formam et tenorem presentis mandati monui ac requisivi, quatinus omnia et singula acta acticata, instrumenta, iura, privilegia et reliqua omnia munimenta causam venerabilis domini Iohannis de Hvmnyska decani prefate ecclesie tangentia reverendissimo in Christo patri domino Iohanni Dei gratia episcopo Nucerino et auditori causarum sacri pallatii apostolici introscripto deferenda darent et extraderent, qui quidem domini audito tenore literarum omnia iura dictam causam tangentia, que in thesauro ecclesie inveniunt, obtulerunt se daturos, presentibus honorabili Iohanne vicepreposito, Iohanne Iaskonis vicario ecclesie Premisliensis, Nicolao Mathie de Brzoschow Premisliensis et Georgio Georgii de Wyszlye Cracouiensis diocesum notariis publicis.

CIV.

W Przemyślu 14. Stycznia 1480 r.

Mikołaj syn Macieja z Brzozowa notaryusz publiczny spisuje na żądanie Jana z Humnisk dziekana przemyskiego transsumt bulli papieskiej z r. 1432.

In nomine domini amen. Hoc est exemplum seu transsumptum quarumdam literarum sanctissimi patris et domini domini Eugenii felicis recordacionis sancte sedis apostolice summi pontificis ipsius bulla plumbea et zona sericea bullatarum, non viciatarum, non cancellatarum, nec in aliqui (*sic*) sui parte corruptarum, sed omni suspicione carencium. Quarum tenor talis est:

Tu następuje bulla papieża Eugeniusza IV. z r. 1432 (nr. LIX), potwierdzająca przywilej biskupa przemyskiego Janusza z r. 1430. Poczem:

In quorum omnium fidem et testimonium premissorum venerabilis dominus Iohannes de Hvmnyska decanus ecclesie Premisliensis cum instantia debita petivit litteras ipsas apostolicas transscribi et in formam publicam formam (*sic*) redigi, ut ipso transsumpto fides in iudicio et extra in omnibus adhibeatur. Venerabile vero capitulum ecclesie Premisliensis peticioni dicti domini decani annuens supradictis litteris apostolicis diligenter inspectis mandaverunt michi notario publico ut et tanquam scribe ipsorum easdem litteras transscribi et in formam publicam redigi, ad hoc suam interponentes auctoritatem et decretum. Actum et datum Premislie sub anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, indicione XIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providencia pape IIII^ti^ anno ipsius nono, die vero Veneris, XIIII mensis Ianuarii, in domo habitacionis venerabilis domini Michaelis archidiaconi ecclesie Premisliensis, hora tertiarum vel quasi, presentibus discretis Iohanne Vicepreposito, Iohanne Iaskonis Vicario perpetuo ac Paulo et Nicolao clericis Campanatoribus in eadem ecclesia Premisliensi testibus ad premissa vocatis et rogatis.

S. N.

Et ego Nicolaus Mathie de Brzozow clericus Premisliensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius et venerabilis capituli ecclesie Premisliensis actuum et negociorum ac facti presentis scriba, hoc exemplum ex originalibus litteris apostolicis suprascriptis fideliter manu propria sumpsi et scripsi, et quia utrasque concordare inveni facta diligenti collacione, ut eidem transsumpto adhibeatur decetero plena fides de mandato dicti capituli ecclesie Premisliensis, me subscripsi in testimonium premissorum et signo meo consueto ac sigillo eiusdem capituli minori consignavi requisitus et rogatus per eundem dominum decanum Premisliensem.

Or. perg. (B. 12). Pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

CV.

W Przemyślu 14. Stycznia 1480 r.

Mikolaj syn Macieja z Brzozowa notaryusz publiczny na żądanie Jana z Humnisk dziekana kapituły przemyskiej a za zgodą całej kapituły spisuje transsumt dwóch dokumentów a mianowicie biskupa przemyskiego Eryka i papieża Eugeniusza.

In nomine domini amen. Sub anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo, indicione XIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providencia pape quarti moderni anno ipsius nono, die vero Veneris, XIIII mensis Ianuarii, Premislie in domo habitacionis venerabilis domini Michaelis archidiaconi ecclesie kathedralis Premisliensis, hora terciarum vel quasi, constitutus personaliter coram venerabilibus dominis Michaele archidiacono prefato, Georgio Lithvos, Theodrico, Iohanne Tharnowsky et Nicolao Bilina canonicis prefate ecclesie Premisliensis tunc capitulariter congregatis, venerabilis dominus Iohannes de Hvmnyska decanus ecclesie Premisliensis exhibuit, presentavit et ostendit publice coram eisdem dominis prelatis et canonicis quoddam privilegium non abolitum, non abrasum, non viciatum, non cancellatum nec in aliqua sui parte suspectum, ut prima facie apparebat, cuius tenor inferius describetur, quod privilegium petivit transscribi et publicari cum interposicione auctoritatis et decreti eorundem dominorum canonicorum. Quiquidem domini prelati et canonici volentes parere mandatis reverendissimi in Christo patris domini domini Iohannis de Teretanis [1]) Dei et apostolice sedis gracia episcopi Nucerini ac unius auditoris sacri palacii apostolici causarum locum tenentis, quibus litteris ipsi domini canonici in mei notarii publici et testium subscriptorum presencia pro eisdem privilegiis aut eorum transsumtis moniti et requisiti sunt viso primitus et diligenter inspecto privilegio prefato ac imputantes peticionem dicti domini decani fore iustam et consonam equitati, mandaverunt michi notario publico infrascripto, ut privilegium huiusmodi transscriberem et in formam publicam redigerem, volentesque deinceps, quod transsumpto seu transscripto huiusmodi fides plenaria adhibeatur in omnibus et per omnia sicut et originali privilegio prefato, quibus omnibus et singulis prefati domini

[1]) Porównaj dokument z r. 1479 powyżej nr. CIII., gdzie biskup ten we własnym swym dokumencie pisze się: *de Ceretanis*.

prelati et canonici ecclesie Premisliensis suam auctoritatem interposuerunt propterea et decretum. Tenor autem dicti privilegii a primo ad ultimum sequitur et est talis:

Następuje dokument Eryka biskupa przemyskiego z r. 1390, (powyżej nr. XX) wraz z dopiską Macieja biskupa przemyskiego. Potem brzmi transsumt dalej:

Huic autem privilegio erant appensa duo sigilla, unum figure oblonge et aliud rotunde, unum videlicet domini Erici episcopi in pensula seu zona ex serico rubei et flawi coloris contexta et aliud in pensula pergameni, in quorum primo, quod erat figure oblonge, cera ad faciem rubea, ad tergum autem alba erat apposita, in cuius medio hominis imago apparebat, habens mitelllam in capite et manum dextram ad benedicendum erectam tenens et in manu sinistra baculum pastoralem. In inferiore vero parte eiusdem sigilli similiter imago hominis cum mittella et baculo pastorali apparebat. In circumferencia vero sigilli eiusdem hec (*sic*) littere legebantur: Sigillum Erici Dei gracia episcopi Premisliensis. In altero vero, quod erat figure rotunde, cera ad faciem rubea, ad tergum autem alba fuit visa; in cuius medio imago beatissime virginis Marie cum parwo puero et sub hac imagine caput sancti Iohannis Baptiste in disco efigurata videbatur; in cuius circumferencia hee littere legebantur: Sigillum Mathie Dei gracia episcopi Premisliensis.

Successive vero anno, indicione, pontificatus, die, mense, hora et loco ut supra, constitutus personaliter venerabilis dominus Iohannes de Hvmnyska decanus ecclesie Premisliensis coram prefatis dominis prelatis et canonicis eiusdem ecclesie tunc capitulariter congregatis exhibuit, presentavit et ostendit eisdem dominis prelatis et canonicis litteras apostolicas felicis recordacionis sanctissimi domini Eugenii pape vera ipsius bulla plumbea in zona sericea bullatas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni vicio et suspicione carentes, quarum tenor dinoscitur esse talis.

Tutaj następuje dokument papieża Eugeniusza datowany z Rzymu 1432 (powyżej nr. LIX). Potem brzmi transsumt dalej:

Quibus quidem litteris presentatis, exhibitis et ostensis eisdem dominis prelatis et canonicis ecclesie Premisliensis, idem dominus Iohannes decanus petivit litteras ipsas transscribi et in publicam formam redigi cum interposicione decreti, ut ipsi transsumpto fides in iudicio et extra in omnibus adhibeatur. Prefati siquidem domini prelati et canonici peticioni dicti domini decani annuentes, supradictis litteris diligenter inspectis, mandaverunt easdem litteras transscribi et in formam publicam redigi per me notarium infrascriptum, ad hoc suam interponentes auctoritatem et decretum, decernentes huiusmodi transsumto deinceps fidem esse in omnibus adhibendam. Actum et datum, ut in exordio presentis transsumpti supra continetur, presentibus honorabilibus dominis Iohanne Vicepreposito, Iohanne laskonis

Vicario perpetuo et Stanislao Graciali ac Nicolao et Paulo Campanatoribus ecclesie Premisliensis testibus circa premissa.

S. N.

Et ego Nicolaus Mathie de Brzozow clericus Premisliensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius et coram venerabili capitulo ecclesie Premisliensis causarum et facti presentis scriba, quia predictarum litterarum exhibicioni. presentacioni et ostensioni ac peticioni per dictum dominum decanum, necnon auctoritatis et decreti interposicioni omnibusque aliis simul cum dictis testibus presens interfui et facta diligenti collacione de presenti transscripto ad ipsas originales litteras, quia eas concordare inveni, ideo de mandato dicti capituli fideliter scripsi et in hanc formam publicam redegi meoque signo consueto et nomine simul cum appensione sigilli dictorum dominorum prelatorum et canonicorum ecclesie Premisliensis in fidem premissorum roboravi.

Or. perg. (B. 11). Pieczęć wraz z paskiem, na którym wisiała, oderwana.

CVI.

W Przemyślu 21. Marca 1480 r.

Paweł z Wrocimowic proboszcz i Jan z Humnisk dziekan kapituły przemyskiej zawierają pomiędzy sobą ugodę co do pierwszeństwa piastowanych przez nich dostojeństw.

In nomine domini amen. Sub anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo. indiccione XIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providencia pape quarti moderni anno ipsius nono die vero Martis, XX mensis Marcii, hora terciarum, in domo habitacionis venerabilis domini Iohannis de Humnyska decani ecclesie Premisliensis et in stuba alba lignea ibidem sita, in mei notarii publici et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presencia constituti personaliter venerabiles domini Paulus de Vroczimouicze prepositus et Iohannes de Humnyska decanus ecclesie Premisliensis coram venerabilibus dominis Michaele de Cleparz archidiacono vicarioque in spiritualibus et officiali generali ac Nicolao Bilina canonico ecclesie Premisliensis vive vocis oraculis recognoverunt et quilibet eorum reco-

gnovit, quod libere animi deliberacione prehabita, non compulsi, nec aliquo errore circumventi, sed de mera ac pura voluntate pacem, finem, remissionem atque concordiam amicabilem fecerunt specialiter de litibus, controversiis ac quibuslibet dissensionibus occasione prioritatis voti et loci in ecclesia Premisliensi prefata ac iuris patronatus ecclesie parochialis in Pnykolth inter eos quoquomodo exortis, de quibus quidem litibus erant acciones hincinde facte, primum coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Andrea Dei gracia episcopo Premisliensi, tandem vigore appellacionis circa ecclesiam metropolitanam Leopoliensem et successive circa sanctam ecclesiam Gneznensem ac Craconie coram certis iudicibus subdelegatis et ultimo circa sanctam sedem apostolicam coram reverendissimo patre domino Iohanne de Teretanis [1]) Dei gracia episcopo Nucerino auditore per sanctissimum dominum papam modernum prefatum deputato et generaliter de omnibus iniuriis, offensionibus et contumeliis dicto vel facto illatis promittentes, adinvicem unus alteri solennibus stipulacionibus ac osculo pacis intervenientes, quod super accusacionibus, litibus et controversiis factis predictorum ocasione per se vel alios ulterius non procedant, nec aliquas de nowo instituant questiones nec institui consenciant, nec eciam eorum aliquis operam dabit, sed predictam pacem ac concordiam libere propter bonum caritatis factam et omnia ad tempora vite ipsorum firma et rata habebunt et tenebunt, nec contravenient per se vel alios aliqua racione vel causa, de iure vel de facto, sub pena ducentorum florenorum Ungaricalium auri puri, iusti et veri ponderis parti tenenti concordiam per partem contravenientem irremissibiliter solvenda ac sub censuris ecclesiasticis omnibus mox, postquam contraventum fuerit, per aliquem fulminandis, demum ipsi domini prepositus et decanus prefati confessi sunt, quod omnes lites, rixas et controversias inter se habitas mortificarunt et extinxerunt, expensasque et impensas, quas hincinde litibus huiusmodi pendentibus fecerunt, mutuo compensaverunt nec aliquibus defensionibus, appellacionibus amodo et deinceps occasione premissorum, ut spoponderunt, sed pro mortificatis et sopitis habere voluerunt, et quod huiusmodi prioritatis occasione finem et conclusionem tali condicione similiter libere, omni dolo et fraude cessantibus, fecerunt: videlicet quod eadem prioritate dumtaxat ad tempora inter ipsorum aut unius ex eis alternatis uti debebunt vicibus, cuius prioritatis possessionem iam ex nunc a die presenti ipse venerabilis dominus Paulus prepositus infra hinc et festum Epiphanie proxime venturum realem et actualem habere debet eademque effectualiter per omnia gaudere et similiter eius viceprepositus prioritatem usque ad tempus illud in ecclesia Premisliensi habebit. Veniente autem festo Epiphanie, si ipsi domini prepositus et decanus, Domino concedente, supervixerint, dominus decanus ab illo festo Epiphanie similiter huiusmodi prioritatis voti et loci usque ad festum

[1]) Właściwie de Ceretanis (porównaj powyżej dok. nr. CIII.)

sancti Iohannis Baptiste tunc immediate venturum realem habere debet possessionem cum suo vicedecano. Et a festo sancti Iohannis iterum dominus prepositus ad festum Epiphanie eadem gaudebit prioritate. Et sic ad tempora vite ipsorum alternatis uti debebunt vicibus, ipsis autem dominis aut eorum altero de medio sublatis, successores ipsorum, si voluerint, de bona voluntate parcendo litibus et sumptibus, similiter alternatas tenebunt vices. Sin autem, extunc super eadem prioritate iure experientur; pro quibus successoribus ipsi domini prepositus et decanus iura et sentencias per unumquemque obtentas et obtenta in thezauro ecclesie Premisliensis reponere debent et ea illesa servare. Item dominus prepositus ad presens propter bonum pacis et concordie Iohannem Bembnek in pacifica possessione ecclesie in Pnykolth manere pollicitus est. Cui eciam omnes rancores, furores et iras remisit et similiter Francisco vicedecano ipse dominus prepositus omnes displicencias et rancores indulgere promisit. Ipse vero dominus decanus recompensacione amicabili eidem domino preposito casu, quo vicedecanus modernus vivente ipso domino decano diem clauserit extremum. personam idoneam ad vicedecanatum presentandi liberam contulit potestatem. De capella autem in Pnykolt sic concluserunt, quod vacacione illius per quemcunque modum occurente prelatus, qui tunc prioritatis huiusmodi iuxta tempora superius limitata habebit possessionem, ille primam habebit presentacionis vocem, et sic, ut premissum est, ipsi domini ad tempora iure ipsorum hanc concordiam sub penis prefatis inviolabiliter observare promiserunt. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium prefati venerabiles domini Michael archidiaconus et vicarius in spiritualibus ac officialis generalis et Nicolaus Bilina canonicus ecclesie Premisliensis prefati viso et attento eo, quod ipsi domini prepositus et decanus concordiam amicabilem modo premisso libere sine omni fraude et dolo fecerunt, ad instantes peticiones ipsius domini decani propter maiorem concordie huiusmodi durabilitatem presentes literas sive presens publicum instrumentum per me notarium publicum infrascriptum ac facti huiusmodi scribam scribi, subscribi et publicari mandaverunt ipsorumque sigillis iusserunt et fecerunt communiri. Actum et datum anno, indiccione, pontificatus, die, mense, hora, loco ut supra, presentibus ibidem honorabilibus dominis Iohanne de Sandomiria Vicepreposito, Iohanne Zworcz, Stanislao Gnewschinsky. Iohanne Iaskonis et Martino Ropcziczky Vicariis perpetuis ecclesie Premisliensis, nobili domino Raphaele de Humnyska germano domini decani et Nicolao Notario domini Pauli Prepositi Premisliensis prefati ac aliis fidedignis ad premissa vocatis et rogatis.

S. N. Et ego Nicolaus Mathie de Brzozow diocesis Premisliensis [1]) publicus auctoritate imperiali notarius et coram

[1]) Opuszczono: *clericus.*

memorato domino archidiacono et officiali causarum ac facti presentis scriba, quia premissis omnibus simul cum dictis testibus et notario hic subscripto presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi et in notam sumpsi, ex qua hoc presens concordie confeci instrumentum signoque et nomine meis consuetis in fidem premissorum consignavi rogatus et requisitus.

S. N.

Et [1]) ego Stanislaus Iohannis de Bochnya clericus Cracouiensis diocesis, sacra auctoritate imperiali notarius publicus, quia pretacte concordie amicabilis consumacioni unacum prefatis notario publico ac capituli ecclesie kathedralis Premisliensis et testibus prenominatis hic subscriptis presens interfui, eaque omnia premissa sic fieri, vidi et audivi, ideo presenti instrumento me subscripsi et publicavi, signo et nomine meis solitis consignavi, requisitus et rogatus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Or. perg. (B. 13). Na skrawkach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, z tych pierwsza zaginęła, druga, zdaje się, że na czerwonym wosku wyciśnięta, zawiera tarczę z trzema kółkami, dwa obok siebie, trzecie pod niemi. Napisu w otoku nie ma żadnego.

CVII.

W Piotrkowie 11. Września 1489 r.

Jan z Targowiska biskup przemyski mianuje Zygmunta z Targowiska archidiakonem kapituły przemyskiej i zatwierdza go we wszystkich prawach i przywilejach z tą godnością połączonych.

Iohannes de Thargowysko Dei et apostolice sedis gracia episcopus Premisliensis venerabilibus, honorabilibus et discretis viris dominis decano, preposito, custodi ceterisque prelatis et canonicis ecclesie nostre cathedralis Premisliensis necnon ebdomadario chori ac illi vel illis, ad quos recepcio sive admissio canonicorum in eadem nostra ecclesia cathedrali

[1]) Dwa te notaryackie podpisy stoją nie jak zwykle pod sobą, lecz obok siebie.

de iure seu consuetudine communiter vel divisim spectat aut pertinet, presentibusque requirentes, salutem in domino sempiternam. Quoniam de archidiaconatu in ecclesia nostra vacante per mortem olim venerabilis domini Michaelis de Cleparz eiusdem ultimi et immediati possessoris et rectoris, cuiusquidem archidiaconatus collacio et provisio et alia quevis disposicio ad nos pleno iure pertinet et spectat, venerabili viro domino Sigismundo de Thargowysko clerico in minoribus ordinibus constituto Craconiensis diocesis . . . . . [1] ac bene merito et idoneo providimus et sibi eundem archidiaconatum contulimus, necnon eundem in personam honorabilis domini Stephani de Woyslawycze ipsius procuratoris legitimi mandatum sufficiens ad hoc habentis ac . . . . . [2] per manus nostre capiti suo imposicionem instituimus et investivimus providemusque, conferimus et (*investimus*) per presentes, curam animarum administracionem spiritualium et regimen temporalium dicti archidiaconatus eidem committentes. Quocirca vobis omnibus et singulis supradictis executoribus et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet trina trium dumtaxat dierum canonica monicione previa ferimus in scriptis, (*nisi*) mandatis nostris parueritis cum effectu, districte precipientes, mandamus, quatenus, postquam vigore presencium per prefatum dominum Sigismundum provisum nostrum aut (*ipsius*) procuratorem fueritis requisiti aut alter vestrum fuerit requisitus, ipsum aut eius procuratorem pro eo in archidiaconatu eiusdem ecclesie nostre prefate et in fratrem recipiatis et admittatis, stallum in choro et vocem in capitulo cum plenitudine iuris sibi assignando. Inducentes nichilominus eundem dominum Sigismundum vel ipsius procuratorem in et ad realem, actualem et corporalem dicti archidiaconatus omniumque et singulorum iurium, proventuum, reddituum et aliarum universarum obventionum possessionem, inductumque et admissum defendatis, facientes eidem domino proviso nostro aut eius procuratori et non alteri de eisdem iuribus, fructibus, proventibus et redditibus quibuslibet ad eundem archidiaconatum spectantibus per eos, ad quos pertinet, plene et integre responderi et vos ipsi, quantum in vobis est, respondeatis cum effectu, recepto tamen ab ipso domino Sigismundo archidiacono aut ipsius procuratore de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie nostre Premisliensis corporali iuramento. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presentes nostras provisionis et institucionis litteras sibi dari et scribi iussimus et nostri sigilli appensione mandavimus communiri. Actum et datum in Pyotrkow feria sexta infra octavas Nativitatis Marie anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo nono, presentibus ibidem honorabili, nobili

[1]) Wyraz o czterech do pięciu literach wydarty.

[2]) Trzy do czterech wyrazów zniszczonych.

et discreto Iohanne de Ostrow Presbytero, Nicolao de Lathyczin et Cristophoro de Sandomiria laicis Cracouiensis et Premisliensis diocesum testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Laurencius manu propria scripsit.

Or. perg. (B. 14) bardzo zniszczony. Pieczęć wraz z paskiem, na którym wisiała, oderwana.

CVIII.

W Przemyślu 7. Stycznia 1495 r.

Mikołaj Prymus z Krajowa biskup przemyski wprowadza w życie aniwersarz za duszę poprzednika swego Jana z Targowiska.

In nomine domini amen. Nos Nicolaus Primus de Krayow Dei gracia episcopus Premisliensis ad rei perpetuam memoriam significamus presencium tenore universis tam presentibus quam futuris, quomodo animo nostro revolventes insignia beneficia ecclesie nostre Premisliensis per reverendum olim patrem dominum Iohannem de Targowyszko Dei gracia episcopum Premisliensem nostrum antecessorem facta et eidem ecclesie pro sue anime salute nanciscenda in effectu exhibita, istud precipue ceteris beneficiis preponentes quod centum florenos pro instauranda et fabricanda ecclesia et alios centum florenos pro erigendo aniversario illius deposicionis dedit, cupientes eundem a sancto illius desiderio non esse alienum, de fratrum nostrorum venerabilium dominorum Bernardini Vylczek decani, Iohannis de Rawa archidiaconi, Sigismundi de Targowyszko decretorum doctoris, Andree de Chodecz et Iacobi Sokolowsky prelatorum et canonicorum tunc pro generali capitulo congregatorum consilio et voto unanimi satisfaciendo centum florenis pro aniversario consignatis, quos antea pro deauranda et perficienda monstrancia converteramus, ad cuiusquidem monstrancie construccionem etiam ipse reverendus pater olim dominus Iohannes prefatus notabilem partem argenti dederat, instituimus et ereximus eidem diem aniversarium instituimusque, creamus et erigimus per dominos canonicos annis singulis feria sexta post festum Ascensionis Domini cum vigiliis et deinceps sabbato cum missa pro more et consuetudine aliorum aniversariorum in ecclesia nostra Premisliensi celebrari solitorum tenendum, cantandum et exequendum. Quem quidem aniversarium tenere et peragere annis singulis ipsi domini prefati se et suos sequaces obligaverunt et presentibus obligant temporibus perpetuis et in evum, nosque eosdem et ipsorum posteros ad premissi aniversarii execucionem sub ipsorum consciencia obligamus. Pro cuius aniversarii distribucione seu refectione dominis canonicis et capitulo

dedimus et consignavimus damusque et consignamus unam marcam census monete et numeri Polonicalis annis singulis pro festo sancti Martini per procuratorem capituli exigendum levandum et percipiendum de orte *(sic)* mense episcopalis ante Premisliam penes Schopam salis ex una et penes ortum Hrebyen ex altera partibus sito et Curylow Ogrod vulgariter nuncupato una cum prato ad eundem ortum pertinente. Quodidem pratum ex una parte pratis nostris coniacet et ex altera parte cum prato canonicali, quod tunc dominus Iacobus Sokolowszky possidebat, situm habet, libertando insuper et dimittendo liberum quemlibet hominem et censitam, qui pro tempore huiusmodi ortum cum prato possidebit, ab omnibus oneribus et laboribus, que aut quos ratione huiusmodi orti et prati nobis et aliis episcopis faciebat, solvebat et laborabat, tantum cum ad solucionem unius marce, ut premittitur, capitulo obligamus. Alia vero omnia et singula quomodolibet ad eiusdem orti et prati disposicionem et ordinacionem pertinencia eisdem dominis de capitulo aut ipsorum procuratori committimus et reservamus, tali tamen condicione nobis et nostris successoribus reservata, quod, dum nos aut aliquis ex nostris successoribus eundem ortum cum censu et labore ad mensam episcopalem restitutum esse voluerimus aut voluerit, extunc in manibus dominorum de capitulo sexaginta sex florenos cum viginti grossis Polonicalibus pro duabus partibus, quas episcopus quilibet pro tempore existens pro ecclesie fabrica solvere ex statuto consuevit, dare et reponere tenebimur et nostri successores tenebuntur, capitulum vero pro tercia rata fabrice obligabitur eciam reponere triginta tres florenos et decem grossos Polonicales ita, ut essent ex integro centum floreni, quos capitulum manulevare debebit et pro eis iterum de novo in aliquo loco certo unam marcam census annui pro huiusmodi aniversario emere tenebitur. Et nichilominus post prefati orti et prati reemcionem ipsi domini capitulares complebunt prefato modo aniversarium huiusmodi annis singulis, donec censum unius marce pro prescriptis centum florenis emere poterunt Non obstantibus excusationibus et tam facti quam iuris excepcionibus quibuscumque. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum sigilla nostrum et capituli nostri presentibus iussimus subappendi. Actum et datum Premisliæ feria quarta post Epiphanie proxima anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, presentibus ibidem honorabilibus dominis Laurentio de Koszyol Plebano in Targovyszko et Cancellario nostro, Casparo de Zelasznenogy Preposito hospitalis in Croszna, Iacobo de Iaroslaw Altarista et Predicatore ecclesie Premisliensis et Mathia de Opoczno Notario capituli Premisliensis testibus circa premissa.

Or. perg. (B. 15). Z jednej pieczęci pozostał tylko sznurek pleciony jedwabny biało zielony; druga pieczęć na ciemno zielonym wosku wyciśnięta, na jedwabnym czerwonym sznurku zawieszona, dzisiaj na dwie połowy przełamana przedstawia NP. Maryę siedzącą i trzymającą w lewej ręce lilie, na prawej zaś dzieciątko Jezus; obok po prawej stronie stoi św. Józef. W otoku napis: + SIGILLVM M(AIUS CAPITULI) ECCLESIE PREMISLIENSIS.

CIX.

W Radymnie 10. Stycznia 1495 r.

Mikołaj Prymus biskup przemyski mianuje Andrzeja z Chodcza kustoszem kościoła przemyskiego i zatwierdza go we wszystkich prawach i przywilejach z tą godnością połączonych.

Nicolaus Primus Dei gracia episcopus Premisliensis venerabilibus, honorabilibus et discretis viris dominis decano, archidiacono ceterisque prelatis, necnon chori ebdomadariis ecclesie nostre cathedralis Premisliensis ac illi vel illis, ad quos recepcio sive admissio canonicorum in eadem ecclesia de iure seu consuetudine communiter vel divisim spectat et pertinet, presentibusque requirentes, salutem in Domino. Quoniam de custodia in ecclesia nostra Premisliensi per mortem olim venerabilis domini Petri Bal illius ultimi et immediati rectoris et possessoris vacante, cuiusquidem custodie provisio et collatio ac quevis alia dispositio ad nos cum venerabili capitulo nostro Premisliensi, dumtaxat de consensu advocati Premisliensis pro tempore existentis, pleno iure pertinet et spectat, venerabili domino Andree de Chodecz actu presbytero ac benemerito et idoneo providimus et sibi eandem custodiam de voluntate et consensu prefatorum capituli et advocati Premisliensis specialiter contulimus, necnon eundem per manus nostre capiti suo imposicionem instituimus et investimus (*sic*), providemusque et investimus ac instituimus per presentes, administracionem spiritualium et regimen temporalium dicte custodie eidem committentes. Quocirca vobis omnibus supra-scriptis executoribus et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet trina trium dierum dumtaxat canonica monicione previa ferimus in his scriptis, nisi mandatis nostris parueritis cum effectu, districte precipientes, mandamus, quatenus, postquam vigore presencium per prefatum dominum Andream aut eius procuratorem fueritis requisiti aut alter vestrum fuerit requisitus, ipsum aut eius procuratorem pro eo in custodem ecclesie Premisliensis et in fratrem recipiatis et admittatis stallum in choro et vocem in capitulo cum plenitudine iuris canonici sibi assignando. Inducentes nichilominus eundem dominum Andream aut ipsius procuratorem ad realem, actualem et corporalem dicte custodie omniumque et singulorum eius iurium, proventuum, reddituum et aliarum universarum obventionum possessionem inductumque et admissum defendatis, facientes sibi domino Andree sive ipsius procuratori et non alteri de eisdem iuribus, fructibus et censibus ac aliis obventionibus ad ipsam custodiam spectantibus

per eos, ad quos pertinet, plene et integre responderi et vos ipsi, quantum in vobis est, respondeatis cum effectu, recepto tamen ab ipso domino Andrea custode aut ipsius procuratore de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie corporali iuramento. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum in Radymna in domus nostre episcopalis stuba alba maiori anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, indiccione tredecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Allexandri divina providencia pape sexti anno ipsius tercio, die Saturni, decima mensis Ianuarii, hora vesperorum vel quasi, presentibus ibidem honorabilibus dominis Caspar de Zelasznenogy Preposito hospitalis in Croszna, Iohanne de Ostrow Viccario in Radymna et Nicolao de Lapczycza plebano testibus.

Laurentius Cancellarius scripsit.

Or. perg. (B. 16). U dołu znajduje się osiem wcięć, jakoby przeznaczonych do przeciągnięcia czterech pasków dla czterech pieczęci.

CX.

W Krakowie 15. Lipca 1496 r.

Mikolaj Kamieniecki starosta krakowski poświadcza, że Andrzej Stadnicki z Żmigrodu sprzedał grunt w Przemyślu z ogrodem i sadzawką Janowi z Sanoka za 80 czerwonych złotych, ten zaś dom swój w Przemyślu Andrzejowi Stadnickiemu również za 80 czerwonych złotych.

Nicolaus de Camyenyecz capitaneus terre Cracouiensis generalis recognoscimus tenore presencium universis et singulis, quibus expedit tam presentibus quam futuris noticiam presencium habituris, quomodo veniens personaliter ad iudicium nostrum castrense generosus Andreas Sthadnyczsky heres de Smygrod recedendo a terra et districtu suo Premisliensi, non compulsus, nec coactus, sed libere ac publice recognovit, quia totam aream suam hereditariam in civitate Przemysl sitam penes domum venerabilis domini Sokolowski canonici Premisliensis cum orto et piscaria alias Szadzawką ad ipsam aream pertinentibus cum omni iure et toto dominio nichil excludendo penitus nec aliquid pro se ipso aut suis successoribus reservando, ita late, longe et circumferencialiter, prout ab antiquo est situata et prout solus et antecessores ipsius tenuerunt, habuerunt et possidebant, honorabili domino Iohanni altariste in Sanok pro octuaginta florenis Vngaricalibus auri puri et iusti ponderis in totum vendidit et iudicialiter sibi in perpetuum resignavit et

intromissionem coram iure dedit per ipsum tenendum, habendum, utifruendum, vendendum, alienandum, donandum, commutandum et in usus bene placitos, prout sibi et posteris suis melius ac utilius expedire videbitur, convertendum; promittens ipsum occasione eiusdem aree ab omnibus impedimentis et dampnis quarumlibet personarum sexus utriusque et signanter a fratribus suis germanis sub vadio octuaginta florenorum intercedere et ubilibet iuxta formam iuris tueri ac eliberare, et insuper ipse dominus Andreas prefatam aream similiter, prout superius descriptum est, prefato domino Iohanni infra hinc et festum Nativitatis Christi proxime futurum quocumque tempornm, quando videlicet infra hoc tempus termini terrestres Premislie celebrabuntur aut acta ibidem reponentur, infra hoc tempus prefatum ad eadem acta terrestria districtus Premisliensis sub vadio octuaginta florenorum inscribere se obligavit, prout sibi domino Iohanni placuerit, et inscripsit, non evadendo ipsum pro premissis omnibus literis regalibus, expedicione bellica, districtu, prescripcione nec quovis modo alio sub ammisione sue cause.

Item honorabilis dominus Iohannes altarista de Sanok coram eodem iudicio personaliter constitutus publice recognovit, quia domum suam totam in civitate Przemysl locatam penes aream, quam emit ipse solus aput dominum Andream Sthadnyczsky, cum omni iure et toto dominio, ita late, longe et circumferencialiter, prout ex antiqno est situata, eidem domino Andree Sthadnyczsky de Smygrod pro octuaginta florenis Vngaricalibus auri puri et iusti ponderis in totum et in perpetuum vendidit et resignavit, et debebit insuper prefatam domum ad acta iuris civilis ibidem Premislie iuxta formam iuris civilis infra hinc et festum Nativitatis Christi proximum quocumque temporum inscribere et resignare, et si consules aliqualiter noluerint admittere inscriptionem in actis ipsorum facere, extunc in libro terrestri ipsam domum sibi domino Andree inscribere debet tantum et solus dominus Andreas consensum inscriptionis super domum prefatam circa consules sibi expedire debet, ad que omnia pars consensit nullo modo exquisito evadendo. In cuius rei fidem et testimonium cercius sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum in castro Cracouiensi feria sexta ipso die festi Sancte Margarethe [1]) anno nativitatis domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.

Or. perg. (III. 28). pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

---

[1]) Św. Małgorzaty obchodzi się zwykle w wiekach średnich 13. Lipca, w roku 1496 atoli dzień ten przypadał na Środę a nie na Piątek. Ponieważ jednak w niektórych dyecezyach obchodzono święto to w dniu 15. Lipca a dzień ten przypadał 1496 r. rzeczywiście na Piątek, rozwiązujemy przeto datę tę na 15. Lipca.

CXI.

W Jarosławiu 8. Sierpnia 1500 r.

Jan Olbracht pozwala arcybiskupowi lwowskiemu Andrzejowi Róży wykupić zastawione wsie królewskie Chotyniec i połowę Hruszowic.

Iohannes Albertus Dei gratia Rex Polonie, supremus dux Lithwanie, Russie, Prussieque etc. dominus et heres significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo habentes in prospectu petitiones et merita reverendi patris domini Andree Roza archiepiscopi Leopoliensis sincere nobis dilecti, sibi bona nostra regalia Chothynyecz dicta, et medietatem ville Hrvsszowicze [1]) in terra et districtu Przemysliensi consistentia de manibus nobilium Anne Budzywoyowa et generi sui Petri Cholowski in certis summis pecuniarum in dictis bonis iuste et legittime inscriptis eximere (*sic*) consensimus et admisimus consentimusque et admittimus presentibus litteris nostris per ipsum reverendum in Christo patrem dominum Andream Roza archiepiscopum Leopoliensem cum omnibus et singulis censibus, proventibus, redditibus, pertinenciis, attinenciis ac utilitatibus universis, quibuscumque vocentur nominibus, cum omnique iure, dominio et proprietate, alias iuxta vim et continenciam litterarum capitalium desuper iuste emanatarum nichil in eisdem addendo vel minuendo, tenendo, habendo, utifruendo, pacifice quoque et quiete possidendo, tamdiu donec summa in dictis bonis iuste et legittime inscripta per nos vel successores nostros eidem domino archiepiscopo vel successoribus ipsius episcopis ecclesie Przemisliensis legittimis fuerit persoluta. Qua soluta, possessio tandem dictorum bonorum ad nos viceversa redibit et revertetur pleno iure, iuribus nostris regalibus per omnia semper salvis remanentibus. In cuius rei testimonium signetum nostrum anulare, quo ad presens, sigillis nostris maioribus absentibus, est subappensum. Datum in Iarosslaw Sabbato proximo ante festum sancti Laurencii anno domini millesimo quingentesimo, regni vero nostri anno octavo.

Comissio propria regie Maiestatis sub signeto.

Or. perg. (III. 1), pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

[1]) Chotyniec i Hruszowice wsie w powiecie krakowieckim.

CXII.

W Krakowie 8. Marca 1508 r.

Zygmunt I. zwalnia kupione przez Macieja Drzewickiego biskupa przemyskiego i podkanclerzego królestwa we wsi tegoż biskupiej Równem sołtystwo od ciężaru stawiania żołnierza w wyprawach wojennych.

Sigismundus Rex Poloniae etc., significamus tenore praesentium, quomodo Mathias episcopus Premisliensis et regni nostri vicecancellarius advocaciam seu sculteciam in villa sua episcopali Rowne dicta, in terra Sanocensi sita, de manibus possessorum modernorum eiusdem empturus, ipsam cum omnibus eiusdem censibus bonis mense episcopalis suae incorporaturus est; habentes itaque singularem respectum ad ecclesiam ipsam Premisliensem, advocatiam ipsam ab omni onere expedicionis bellicae, racione cuius possessores advocatiae eiusdem ex disposicione privilegii originalis unum sagittarium hactenus expedire pro expeditionibus bellicis communibus obligabantur, in quantum ipsa advocatia bonis mensae praefatae episcopalis Premisliensis per ipsum Mathiam episcopum incorporabitur, praesentibus absolvimus perpetuo et in evum. In cuius rei testimonium etc. Actum Cracoviae feria quarta Cinerum anno domini millesimo quingentesimo octavo, regni vero nostri anno secundo, presentibus Ioanne Cracoviensis, Ioanne Poznaniensis, Luca Varmiensis ecclesiarum Episcopis necnon Spithkone de Iaroslaw Castellano, Nicolao de Camyenyecz Palatino et Capitaneo Cracoviensibus, Ambrosio de Pampow Siradiensi et Capitaneo Mariemburgensi, Stanislao Kmytha de Wyschnycz Russie, Ioanne Odrowansch de Sprowa Belzensi Palatinis, Iacobo de Schidlowyecz Sandomiriensi et regni nostri Thezaurario, Iacobo de Syekluka Woiniciensi, Andrea de Cosczyelecz Byecensi et Administratore Zupparum nostrarum Cracoviensium, Andrea de Radzieowycze Sochaczoviensi Castellanis, Stanislao de Chodecz Marschalco regni nostri et Capitaneo Leopoliensi, Ioanne Lathalski Gneznensis, Cracoviensis et Lanciciensis ecclesiarum Praeposito, Petro Thomyczki decretorum Doctore, Archidiacono, Ioanne Podlodowski, Ioanne Carnkowski Canonicis Cracoviensibus, Secretariis nostris, Cristoforo de Schidlowyecz Succamerario Cracoviensi et Thezaurario ac Stanislao Iaroczki Marschalco curiae nostrae. Datum per manus Ioannis de Lassko Poznaniensis et Plocensis ecclesiarum Praepositi et regni nostri Cancellarii.

Iohannes de Lassko, qui supra, Cancellarius subscripsit.

Or. perg. (III. 2). Na sznurze z białego, czerwonego i fioletowego jedwabiu wisi zwykła na czerwonym wosku wyciśnięta, mniejsza pieczęć królewska nieco uszkodzona.

CXIII.

W Przemyślu 24. Sierpnia 1509 r.

Zygmunt I. potwierdza dokument Władysława Opolczyka wydany w Gródku 31. Sierpnia 1375 r.

Sigismundus Rex Poloniae etc. significamus, quomodo magister Matheus de Boleslawyecz canonicus et praedicator ecclesiae cathedralis Premisliensis supplicavit nobis, quatinus privilegium tenoris infrascripti innovare dignaremur. Cuiusquidem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Tu następuje dokument Władysława Opolczyka wydany w Gródku 31. Sierpnia 1375 r. (nr. IX), poczem:

Quibusquidem suplicacionibus annuentes, privilegium praeinsertum innovamus. In cuius rei testimonium etc. Actum Premisliae feria sexta festi sancti Bartholomaei anno domini millesimo quingentesimo nono, regni vero nostri anno tercio, praesentibus Mathia Episcopo Premisliensi et regni nostri Vicecancellario necnon Stanislao Kmytha de Wyssnycze Pallatino Russiae et Capitaneo Premisliensi, Ioanne de Lasko Coadiutore ecclesiae metropolitanae Gneznensis et Cancellario, Nicolao de Shydlowyecz Castellano et Capitaneo Radomiensi ac Incisore regni nostri, Cristofero de eadem Shydlowyecz Succamerario Cracoviensi, Syradiensi et Gostinensi Capitaneo, Ioanne Lathalski Gneznensis, Cracoviensis et Lanciciensis ecclesiarum Praeposito, Petro de Thomnycze (*sic*) decretorum Doctore, Archidiacono, Ioanne Podlodowsky Scolastico Sandomiriensi et Canonico Cracoviensi, Secretariis nostris, Stanislao Iaroczky Marshalko, Stanislao Chrobersky Vexillifero, Incisore et Subpincerna, Nicolao Oczyesky Magistro Agazonum curiae nostrae et Capitaneo Costensi. Datum per manus praefati Mathiae Episcopi Premisliensis et regni nostri Vicecancellarii.

Mathias D. Episcopus et Vicecancellarius subscripsit.

Relatio Mathiae Episcopi Premisliensis et regni Poloniae Vicecancellarii.

Or. perg. (B. 18). Pieczęć odpadła.

CXIV.

Na sejmie piotrkowskim 26. Lutego 1510 r.

Zygmunt I. potwierdza na prośby Mikołaja Drzewickiego biskupa przemyskiego i podkanclerzego królestwa dwa dyplomaty: jeden Kazimierza W. z r. 1363 na założenie wsi Hryczkowa Wola, drugi z r. 1376 Władysława ks. opolskiego na założenie wsi Górki opiewające.

Sigismundus Rex Poloniae significamus, quomodo Mathias episcopus Premisliensis et regni nostri vicecancellarius exhibitis duobus privilegiis infrascriptis super bona ecclesiae et episcopatus Premisliensis canentibus, quorum primum magni Kazimiri regis antecessoris nostri, sigillo subappenso maiestatis suae obsignatum fundacionem villae Hriczkowa Volya in silva Iassutha, alterum vero similiter fundacionem villae Gorky in fluvio Schawa et Lubathowa in districtu Sanocensi titulo et sigillo Ladislai ducis Oppoliensis et Russiae munitum, continebant, peciit illa per nos innovari, quorum privilegiorum sequitur tenor:

Tutaj następuje dokument Kazimierza W. z 1363 r. oddrukowany powyżej nr. IV. Poczem:

Tenor vero alterius privilegii:

Tutaj następuje dokument Władysława ks. opolskiego z 1376 r. oddrukowany powyżej nr. X. Poczem:

Nos itaque Sigismundus Rex privilegia innovamus. In cuius rei testimonium etc. Datum et actum in convencione generali Pyotrkoviensi feria tertia post dominicam Reminiscere proxima [1]) anno domini millesimo quingentesimo decimo, regni vero nostri anno quarto, praesentibus Andrea Gneznensi ac Primate, Bernardino Leopoliensi Archiepiscopis, Ioanne Cracoviensi, Vincencio Vladislaviensi, Ioanne Poznaniensi, Erasmo Plocensi, Luca Varmiensi, Mathia Premisliensi et regni nostri Vicecancellario, Episcopis, necnon Spithkone de Iaroslaw Castellano Cracoviensi, Nicolao de Camyenyecz Capitaneo Cracoviensi, Nicolao Gardzyna de Ludbrancz Calissiensi, Ambrosio de Pampow Siradiensi, Iaroslao de Lassko Lanciciensi, Nicolao Cosczyelecz Brestensi, Nicolao de Krethkow Iuniwladislaviensi, Stanislao Kmytha de Vyssnycze Palatino Russiae et Capitaneo Premisliensi, Nicolao Fyerley Lublinensi, Stanislao de Srzensko Plocensi, Prandotha de Trczyana Ravensi Palatinis, Ioanne Zaramba de Calinowa Poznaniensi, Christoforo de Schydlowyecz Sandomiriensi, Ioanne de Przeramb Siradiensi, Iarando de Brudzewo Calissiensi, Nicolao de Pylcza Visliciensi, Nicolao de Schydlowyecz Radomiensi, Nicolao Iordan de Zakliczyn Byecensi, Thoma de Barthnyky Plocensi,

[1]) W dniu następnym w obecności tych samych świadków zatwierdził król jeszcze przywilej Władysława Jagiełły z r. 1403 (powyżej nr. XXXII). Sygnatura tego potwierdzenia III. 3. Potwierdzenie to oblatowano w grodzie sanockim w r. 1608.

Andrea de Radzyeyowycze Schochaczowiensi, Luca de Gorka Landensi et Maioris Poloniae Generali, Stanislao de Cosczyelecz Iuniwladislaviensi, Stanislao de Sprowa Zarnoviensi Castellanis. Ioanne de Lassko Coadiutore Gneznensi et regni Poloniae Cancellario, Stanislao de Chodecz regni Poloniae Marsalco, Leopoliensi et Cameneczensi Capitaneo, Ioanne Lathalsky Praeposito Cracoviensi, Stanislao de Gorka Calissiensi, Secretariis nostris, Stanislao de Iaroczyn Marsalco Curiae nostrae et Capitaneo Iuniwladislaviensi, Stanislao Lansskorunssky de Brzezye Pincerna Sandomiriensi. Datum per manus Ioannis Coadiutoris Gneznensis et regni Poloniae Cancellarii de Lassko.

Iohannes, qui supra, Coadiutor et Cancellarius subscripsit.

Or. perg. (III. 4), na sznurze z jedwabiu białego, czerwonego i fioletowego zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta większa pieczęć królewska. Na odwrotnej stronie napis: *Regestratum.*

CXV.

Na granicy między wsiami Dunikowice i Sośnica 12. Listopada 1511 r.

Maciej Drzewicki biskup przemyski i kanclerz koronny rozgranicza z polecenia Zygmunta I. wieś Dunikowice do biskupstwa przemyskiego należącą od wsi Sośnicy Stanisława Oczycz z Pilczy podkomorzego przemyskiego.

Mathias episcopus Premisliensis et regni Poloniae cancellarius significamus, quia ex speciali commissione et mandato Sigismundi Regis Poloniae inequitavimus ad mittigandas dissensiones occasione granicierum inter bona suae sacrae Maiestatis villam Dunykouicze tenutae ecclesiae cathedralis ad episcopatum Premisliensem ex una et inter bona generosi Stanislai de Pilcza succamerarii Premisliensis villas ipsius hereditarias Sosnycza parte ex altera, inequitandoque ad locum granicierum vocavimus ad nostri praesentiam Stanislaum de Pilcza, quo coram nobis parente ac fratre ipsius germano Nicolao praesente, acceptis ex utraque parte senibus cum certis litteris per me episcopum granicialibus demonstratis in medium reproductis, ab eisdem senibus rei positionem in graniciebus scire voluimus, a quibus nullam rem perfectam in signis discordantibus scire potuimus, ymo eos discordes percepimus. Nos itaque attendentes similitudinem dictorum bonorum innittentem, cum consensu praedicti Stanislai dicta bona ab invicem signis metalibus circa talia fieri consuetis et scopulis distinximus et separavimus in hunc videlicet, qui sequitur, modum. Primum scopulum erexinus et sipavimus in loco dicto vulgariter Babyanka penes viam tendentem per dictum locum Babyanka, ad quem locum concurrunt tres parietes videlicet Dvnykowska ex parte regie maiestatis et Radimnensis ex parte episcopatus Premisliensis et Sosznycza ex parte praedicti Stanislai Pileczki, hunc scopulum fecimus pro aciali et angulari scopulo inter praedicta bona; a quo scopulo penes viam sic facto et sippato sippavimus scopulos decem per prata et silvam eundo ad locum dictum vulgariter Zathoka hereditates praedictas dividendo villam videlicet Dvnykovicze regie maiestatis et villam Sosznicza praedicti Stanislai et multa signa in arboribus ad instar crucis; pertranseundo

autem Zathoka sippavimus scopulos quatuor per prata usque ad silvam dictam Crak et a Krak silva ivimus usque ad locum vulgariter Pogorzala Olycha, ubi est pratum pertinens ad villam Sosnycza contiguum pratis Dvnkovicnsibus et ibi sub quercu sippavimus scopulum et in quercu fecimus duas cruces excisas ex utraque parte quercus et tandem ivimus penes silvam facientes multa signa in arboribus ad modum crucis usque ad Vesko silvam, ubi sunt prata hnane (*sic*) rubetis circumdata. In angulo silvae dicte Vesko, quae silva est predicti Stanislai de Pilcza ad villam Sosnycza pertinens et prata Dvnkouiensia ad eandem villam pertinentia et ibi sub quercu retro prata fecimus scopulum et in quercu fecimus signum ad instar crucis et abinde ivimus penes silvam retro prata et pervenimus usque ad siccam quercum et ibi sub eadem quercu ereximus scopulum circa locum dictum Zathoka et ibi pertransivimus Zathokam, ubi ereximus scopulum sub ilmone alias podbrzostem, a quo scopulo per directum sippavimus scopulos tres et multa signa fecimus in quercubus ad modum crucis - usque econtra venimus ad Zathoka, circa quam Szathoka fecimus scopulum ex ista parte Zathoka. Tandem ivimus ex ista parte Zathoki penes Zathokam et fecimus similiter scopulum penes Zathokam eundo per silvam versus fluvium Visznya, a quo scopulo pertransiens Zathokam ivimus silva usque ad quercum magnam, sub qua scopulum magnum ereximus et in eadem quercu fecimus crucem excisam et ab eadem quercu transivimus per losam usque ad pratum dictum Laczkye et per dictum pratum Lyaczkye usque ad rippam fluvii Viszna, in qua rippa praedicta fluvii praedicti Visznya ereximus scopulum acialem et finalem. Actum et datum in loco granicierum inter praedicta bona feria quarta post festum sancti Martini proxima anno domini millesimo quingentesimo undecimo, praesentibus ibidem Severino Herbort de Felstin Praeposito, Stephano de Lochow in spiritualibus Vicario et Officiali, Matheo de Boleslaviecz Canonicis ecclesiae cathedralis Premisliensis, Nicolao Othowicz de Pilcza, Ieronimo de Iaroslaw, Dobeslao de Chmyelnik Equisone et Exactore Premisliensi, Stanislao Iaksmansky, Ioanne Iskra. In cuius rei testimonium etc.

Według transumtu Zygmunta I. z r. 1512 (zobacz poniżej adnotacyę do nru CXVII).

CXVI.

Na granicy pomiędzy miastem Radymnem i wsią Świętą 13. Listopada 1511 r.

Stanisław Oczycz z Piłczy podkomorzy przemyski potwierdza rozgraniczenie między miastem Radymnem do kapituły przemyskiej należącem a wsią Święte do niego należącą.

Stanislaus de Pylcza Oczycz succamerarius Premisliensis significamus, quomodo venientes Mathias episcopus Premisliensis et regni Poloniae cancellarius cum Severino Herborth de Felschtyn praeposito, Stephano Lochowszki viccario in spiritualibus, magistro Matheo de Boleslawyecz praedicatore ecclesiae cathedralis Premisliensis cum plenaria potestate totius capituli ad iudicium succamerariatus nostri, in quo iudicio camerarius noster videlicet nobilis Stanislaus Iaszkmanyczsky per nos pro iudice officii succamerariatus fuit locatus, submittentes se iuri graniciali, feceruut sibi terminum pro graniciebus cum persona nostra inter opidum Radymna ad episcopatum Premisliensem pertinens ex una, et inter nostram hereditariam villam dictam Swyąthe parte ex altera, taliter in

causa processimus, quia Mathias episcopus Premisliensis cum consensu totius capituli praedictae ecclesiae Premisliensis ac una voce unoque consensu cum nostra persona admiserunt et admisimus praedicto camerario et fecimus scopulos inter praedicta bona sippare et sursum erigere, suscipientes praedictas granicies pro perpetua granicie et limittacione in hunc videlicet, qui sequitur, modum: primum videlicet scopulum circa viam, quae vadit de Szwyąnthe in Radymna in toto (*sic*) vulgariter dicto Hayavicza inter agros exaratos tam ad opidum Radymna pertinentia (*sic*) ex antiquo, quam etiam ad dictam villam Swyąthe et alium scopulum ex opposito istius scopuli praedicti penes pratum iacentem penes silvam Oles et tertium scopulum penes agrum exaratum versus Srebnyk locum vulgariter sic nuncupatum tendentem, circa quem domino episcopo prata relicta sunt, quartum ex opposito istius scopuli penes silvam dictam vulgariter Oles, quintum similiter penes silvam praedictam ex opposito loci praedicti Srebnyk, qui sic scopuli facti dividunt tantum agros exaratos mutuo inter se et prata penes dictam silvam Oles et penes agros exaratos iacentia, a scopulo autem facto penes praedictam silvam Oles ex opposito praedicti Srebnyk fecimus sippare scopulos quatuor dividentes praedictam silvam Oles usque ad locum dictum vulgariter Dlugy las et a loco dicto Dlugy las usque ad locum dictum Nethecza quinque scopulos erigere et construere fecimus, similiter a dicta Nethecza fecimus et mandavimus facere scopulos duodecim usque ad fluvium San locum vulgariter dictum Rabuszczyn yaz; pereundo autem fluvium San supperius eundo eodem fluvio San fecimus sippare scopulum in rippa fluvii San ex opposito loci dicti vulgariter Babyanka et a dicto scopulo facto in rippa praedicta fecimus erigere quatuor scopulos eundo versus locum praedictum Babyąnka per silvam usque ad viam tendentem eodem campo Babyanka, circa quam viam fecimus sippare scopulum tanquam acialem inter parietes oppidi Radymna ex parte episcopi Premisliensis et villam Dunkovicze regie maiestatis et Swyąthe villam nostram praedictam, San autem fluvius decurrens inter scopulos in rippis factos videlicet a scopulo facto circa locum Rebuszczyn Iasz ad scopulum in rippa fluvii San factum ex opposito loci Babyanka debet utrisque partibus liber esse pro usu eorum videlicet tam episcopi Premisliensis, quam eciam nostri, sive hominibus suorum (*sic*) et nostrorum; prata autem mutuo inter se debemus tenere integre et sine ulla diminucione iuxta antiquam conswetudinem, quibus ex utrisque partibus praedicte granicies et scopuli facti non debent neque debebunt derogare et nocere. Quae granicies sic factae et scopuli errecti per dictum camerarium inter partes praedictas ex consensu partium debent teneri et observari perpetue et in evum sentencia dicti camerarii in iudicio succamerariatus iuris granicialis residentis mediante, super quo ex utraque parte memoriale positum est, quod indicium recepit. In cuius rei testimonium etc. Actum et datum in campo et loco granicierum inter oppidum Radympna episcopi Premisliensis praedicti et villam nostram Swyąthe feria quinta proxima post festum sancti Martini pontificis et confessoris anno domini millesimo quingentesimo undecimo presentibus Andrea Czurilo de Stoyanicze Castellano Premisliensi, Nicolao de Pylcza Othovycz, Ieronimo de Iaroslaw, Ioanne Herborth de Bruchnal, Dobeslao Equisone et Exactore, Stanislao Orzechowszki Notario terrestri Premisliensibus, Iohanne Orzechowszki, Paride Drohoyowszki, Petro Troyeczski.

Stanislaus Iaskmanyczky Camerarius supra-
scriptus manu propria subscripsit.

Or. perg. (III. 5), pieczęć wraz z paskiem zaginęła. Oblatowany 13 Lutego 1775 r. w ziemstwie przemyskiem.

CXVII.

W Krakowie 10. Lutego 1512 r.

Zygmunt I., potwierdza na prośby Macieja Drzewickiego bisk. przemyskiego i kanclerza królestwa dokument Władysława Jagiełły z r. 1434 na dobra Jaśliska opiewający.

Sigismundus Rex Poloniae etc. significamus, quomodo Mathias de Drzewicza episcopus Premisliensis et regni nostri cancellarius supplicavit nostrae Maiestati, quatenus eidem privilegium tenoris infrascripti super bona Iasliska mensae suae episcopalis Premisliensis propter scissionem sigilli innovare dignaremur. Cuius privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Tutaj następuje dokument Władysława Jagiełły z 8. Maja 1434 r. oddrukowany tutaj poniżej w dodatku (nr. LXIa), poczem:

Nos itaque Sigismundus Rex privilegium praeinsertum innovamus praesentis scripti patrocinio. In cuius rei testimonium etc. Actum Cracoviae feria tertia festi sanctae Scolasticae virginis, anno domini millesimo quingentesimo duodecimo, regni vero nostri anno sexto, praesentibus Ioanne Gneznensi et Primate, Bernardino Leopoliensi Archiepiscopis, Ioanne Cracoviensis, Ioanne Poznaniensis, Erasmo Plocensis, Luca Varmiensis, Nicolao Chelmensis ecclesiarum Episcopis, necnon Spithkone de Iaroslaw Castellano, Nicolao de Camyenyecz Palatino et Capitaneo Cracoviensibus, Nicolao Gardzyna de Ludbrancz Poznaniensi, Ioanne de Tharnow Sandomiriensi, Iaroslao de Lassko Siradiensi, Ioanne Zaramba de Calinowa Lanciciensi, Nicolao de Crethkow Brestensi, Stanislao de Cosczielecz Iuniwladislaviensi, Ioanne Odrowansch de Sprowa Russiae, Nicolao de Pilcza Belzensi, Nicolao Firley de Dambrovicza Lublinensi, Otha de Chodecz Podoliae Palatinis, Luca de Gorka Poznaniensi et Capitaneo Maioris Poloniae generali, Cristoforo de Schidlowiecz Sandomiriensi et Vicecancellario ac Sochaczoviensi et Gosthinensi Capitaneo, Ioanne Iarandi de Brudzow Calissiensi, Andrea de Oporow Brestensi, Thoma de Barthniki Plocensi, Andrea de Radzieovicze Sochaczoviensi, Iacobo de Sickluka Voyniciensi, Nicolao Iordan de Zakliczyn Visliciensi, Nicolao de Schidloviecz Radomiensi, Andrea de Thanczin Biecensi, Andrea Czurilo de Sthoianovicze Premisliensi, Alberto de Pothulicze Camenensi et Nicolao Missopad Czechoviensi Castellanis, Stanislao de Chodecz Marsalco et Capitaneo Leopoliensi, Andrea de Cosczielecz Thesaurario regni nostri, Scepusiensi, Osswiaczimensi, Iuniwladislaviensi et Bidgostiensi Capitaneo, Zupparioque ac Procuratore generali Cracoviensi, Ioanne Lathalski Gneznensis, Cracoviensis et Lanciciensis ecclesiarum Praeposito, Petro Thomiczki Archidiacono, Sigismundo Thargouiczki decretorum Doctoribus, Ioanne Carnkowski Canonicis Cracoviensibus et Stanislao Goreczki Praeposito Calissiensi, Secretariis nostris, Stanislao Iaroczki Marsalco, Stanislao Chroberski Vexillifero, Incisore et Subpincerna et Nicolao Ocieski Magistro Agazonum curiae nostrae, Costensi, Pisdrensi et Conynensi Capitaneo. Datum per manus

Cristofori de Schidloviecz Vicecancellarii regni nostri, Siradiensis, Sochaczoviensis et Gostinensis Capitanei [1]).

Cristoforus de S. Castellanus Sandomiriensis et regni Poloniae Vicecancellarius subscripsit.

Relacio eiusdem magnifici Cristofori de Schidloviecz Castellani Sandomiriensis et regni Poloniae Vicecancellarii.

Or. perg. (III. 6). Na sznurze z jedwabiu białego, czerwonego i niebieskiego zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta, znacznie uszkodzona mniejsza pieczęć królewska. Na odwrotnej stronie napisano tą samą ręką co dokument: *R(egistra)ta.* Dokument ten był oblatowany w grodzie Sanockim 25. Października 1773 r. i na rokach ziemskich w Przemyślu 10. Lutego 1775 r.

CXVIII.

W Przemyślu 4. Października 1525 r.

Andrzej Krzycki biskup przemyski poświadcza, że Maciej Marko i inni sprzedali Michałowi Skarbińskiemu młyn na przedmieściu Radymna leżący i zapisuje temuż Michałowi na tym młynie 60 grzywien.

Andreas Cricius episcopus Premisliensis manifestum facimus, quia constituti coram nobis providi Mathias Marko molendinator molendini nostri superioris sub ecclesia sancti Nicolai in suburbio oppidi nostri Radimnensis siti una cum Marone, Dyschel, Sidor Rutenis recognoverunt, se vendidisse pro certa summa pecuniarum nobili Michaeli Skarbynski factori nostro Radimnensi praedictum molendinum suum seu eius aream desertatam. Quam quidem vendicionem nos ratham habentes et considerantes, quod idem Michael eundem *(sic)* molendinum propriis sumptibus suis exedificaverit, illi in et super praedicto molendino superiori sexaginta marcas peccuniarum monetae et numeri Polonicalis consueti, quadraginta octo grossos in quamlibet marcám computando, inscripsimus, incorporantes eidem molendino medium laneum agri dictum Brodaczowska et pratum dictum Suplyska situm circa aliud pratum Iaczkowska, prout harum serie litterarum inscribimus per Michaelem et successores praedictum molendinum cum medio laneo agri et prato eidem laneo adiacenti et hortis ad illud pertinentibus ac cum illa parte fluvii ante rotam eiusdem molendini aggere divisa et etiam duabus piscinis circa idem molendinum per eum factis possidendum. Ex molendino idem Michael terciam mensuram hiemalium duntaxat, estivalium vero frumentorum omnes mensuras capiet, racione cuius ferramenta ad ipsum molendinum necessaria comparabit et structuram ante rotam id est podgrodki suis sumptibus reformabit, ad quod sibi robora duntaxat dari debent. Omnium

[1]) W kilkanaście dni później a mianowicie: 28. Lutego tego samego roku także w Krakowie w obecności tych samych świadków z wyjątkiem arcybiskupa lwowskiego zatwierdził król Zygmunt dokument rozgraniczenia Dunikowic od Sośnicy, wystawiony w r. 1511 a oddrukowany powyżej nr. CXV. (Or. perg. III. 7, po pieczęci pozostał sznur z białego, czerwonego i zielonego jedwabiu).

vero frumentorum hiemalium duae mensurae ad arcem nostram Radimnensem recipi debent et de torquali molendino a panno Rutenicali molendinatori integra solucio veniet, praeter pannum pannificum Radimnensium, a quo tantummodo terciam partem ille capiet, pro nobis vero duae partes peccuniarum erunt. Cum autem lapides molares necessarii fuerint, molendinator ipse terciam partem peccuniarum pro illis dare debebit. Ex hoc vero medio laneo agri nullum unquam censum neque aliquod servicium facere neque solvere erit astrictus. Tenebitur autem dictus molendinator quotannis ad arcem nostram Radimnensem saginare et eiusdem arcis edificia antiqua gratis reformare. Nova vero illius edificia, quando opus fuerit, solucione nostra decenti facere erit obligatus, nec non ad reparacionem edificiorum molendini terciam partem peccuniarum impendere debebit. In quorum omnium fidem nostrum et capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Premislie die sancti Francisci confessoris anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, praesentibus Petro Starzechowski Cantore Viccarioque in spiritualibus et Officiali nostro generali, Ioanne Starzechowski Custode, Stanislao de Visznya decretorum Doctore, Canonico ecclesie nostre cathedralis Premisliensis, Stanislao Vicario eiusdem ecclesiae, Martino Capellano, Ioanne Corczbogk, Ieronimo Naquaski familiaribus nostris.

Or. perg. (III. 9). Obie pieczęci odpadły.

CXIX.

W Przemyślu 4. Października 1525 r.

Andrzej biskup przemyski nadaje za wolą kapituły Michałowi Skarbińskiemu pewne dożywocie na młynie i stawie w Radymnie.

Andreas episcopus Premisliensis significamus, quia habentes rationem servitiorum nobilis Michaelis Skarbynski factoris nostri Radymnensis, quae a pluribus annis cum praedecessoribus nostris tum etiam nobis in officio Radymnensi et praesertim in tuendis bonis nostris ab infidelibus strenue et alacriter exhibuit et usque in praesens exhibet et ad intercessionem nonnullorum praelatorum ecclesiae nostrae Premisliensis, illi duas mensuras omnium frumentorum, quaecunque molentur in molendino superiori eiusdem Michaelis Skarbynsky in suburbio Radymnensi sub ecclesia sancti Nicolai sito ac omnem solucionem a panno de eius torquatili molendino ad nos seu arcem nostram Radymnensem pertinentem de consensu capituli nostri ad illius vitae terminos damus, per ipsum Michaelem easdem duas mensuras cum totali solucione de torquatili molendino tenendum, ita tamen, quod eo ex humanis sublato ipsae duae mensurae et eadem de molendino torquatili solucio ad nos et successores nostros e diverso *(sic)* redibit pleno iure. Quemquidem Michaelem a sagmacione porcorum ac a reparacione et instauracione debita edificiorum eiusdem arcis nostrae Radymnensis absolvimus et liberum facimus, cui etiam admittimus in piscina nostra magna ante illius molendinum praedictum et in fluvio pisces omnis generis reti hoc est zabrodnyą pro usu suo duntaxat piscari libere et quiete etiam ad tempora illius vitae extrema. Harum testimonio litterarum quibus nostrum

et capituli nostri praedicti sigilla sunt appensa. Datum Premisliae die sancti Francisci confessoris anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, praesentibus Petro Starzechowski Custode, Stanislao de Wysznya decretorum Doctore, Canonico ecclesiae nostrae Premisliensis ac nobilibus Ioanne Corczbok, Ieronimo Naquasski, Ioanne Droiewski et Nicolao Skarbek familiaribus nostris.

Or. perg. (III. 8), cała zagiętka odcięta, pozostały tylko dwa wcięcia, przez które przeciągnięte były paski od pieczęci. Na zewnętrznej stronie napis nieco późniejszy: *Duas mensuras episcopus prefecto suo Radimnensi ad vitam ipsius assignaverat, qua iam diu defficiente privilegium etiam factum irritum.*

CXX.

W Wilnie dnia 22. Września 1533 r.

Jan Chojeński biskup przemyski darowuje swej kapitule wolny plac w celu wystawienia domu dla organisty lub kupienia za czynsz roczny oleju dla oświetlania cyboryum.

Ioannes episcopus Premisliensis significamus, quia nos dandam duximus aream nostram seu mensae nostrae episcopalis, braseatorio praelatorum ecclesiae nostrae cathedralis contiguam, illic in civitate Premisliensi in platea castri sittam, ad construendam in eadem area domum pro habitacione organistae illius ecclesiae nostrae assignandam vel pro comparando oleo pro lampade sacri viatici eucharistiae pro annuo censu per praelatos ecclesiae nostrae Premisliensis locandam damus ac eam aream ad quemcunque usum convertendam assignamus. In cuius rei testimonium etc. Datum Vilnae ipso die sancti Mauricii anno domini millesimo quingentesimo trigesimo tercio.

Ioannes Episcopus
Premisliensis subscripsit.

Or. perg. (B. 20). Pieczęć na pasku pergaminowym zawieszona odpadła.

CXXI.

W Rzymie 30. Listopada 1539 r.

Paweł III. papież potwierdza statuta arcybractwa pod wezwaniem Bożego Ciała zostającego i nadaje członkom jego rozmaite odpusty.

Paulus episcopus servus servorum Dei pro parte confratrum confraternitatis sub invocatione sacratissimi corporis Christi in ecclesia domus beatae Mariae supra Minervam de Urbe ordinis fratrum Praedicatorum institutae nobis nuper exhibita petitio continebat, quod nuper nonnulli cives Romani et curiales confraternitatem utriusque sexus sub invocatione eiusdem corporis Christi in ecclesia dicta Minerva instituerunt ac inter alia, quod confratres per singulas regiones urbis depu-

tati procurarent, quod sacramentum in loco honesto lampadibus accensis die noctuque conservaretur, et si ecclesiarum redditus ad id non sufficerent, ipsi confratres illis ad emendum unum palium pro singulis ecclesiis, cum quo sacramentum extra ecclesiam deferri deberet, providerent, ac quod rector cuiuslibet ex ecclesiis quotiescumque esset necessarium sacramentum alicui infirmo ministrari, campanam certis ictibus pulsari facere teneretur ad hoc, ut confratres se convocari ad associandum cognoscerent, si legitimo impedimento detenti non forent, alioquin per unum de suis dignioribus familiaribus sacramentum associari tenerentur, ac quod utriusque sexus personae confraternitatis tertia quaque dominica cuiuslibet anni in dicta ecclesia de Minerva congregari ac in elevatione sacramenti faces accensas habere deberent, nec non prima die Veneris statim post festum Corporis Christi immediate sequenti solempnem processionem extra et circum prefatam ecclesiam de Minerva sacramentum facibus accensis deferendo annuatim facere, et si aliqui ex confratribus egrotari contigerit, rector ecclesiae cuius dictus infirmus parochianus existeret, una cum alio confratre pro tempore eligendo dictum infirmum visitare et ad confitendum peccata sua ipsumque sacramentum suscipiendum pie adhortari, necnon singulis ebdomadis confratres quinquies orationem dominicam et totiens salutationem angelicam recitare tenerentur ac mulieribus, quibus indecens esset per dictam urbem vagari ad associandum sacramentum, ut quotiens signum campanae audirent, flexis genibus orationem dominicam et salutationem angelicam quinquies recitando gratias et indulgentias confratribus concessas consequerentur, per nos concedi procurare statuerunt ac Alexandrum sanctae Mariae in Via lata diaconum cardinalem de Cesarinis nuncupatum in protectorem confraternitatis eligerunt (*sic*). Quare pro parte eorundem confratrum nobis fuit supplicatum, ut institutioni fraternitatis robur apostolicae confirmationis adiicere dignaremur. Nos igitur institutionem confraternitatis huiusmodi approbamus, Christifidelibus, qui dictam confraternitatem ingredientur, die illorum ingressus plenariam peccatis confessis et sacramento recepto, ter in vita similiter plenariam omnium peccatorum ipsisque confratribus, qui sacramentum infirmis ministrandum associaverint seu impediti associari, ut prefertur, fecerint ac eisdem divinis officiis, quae per confratres celebrari facere contigerit, interfuerint, quotiens id fecerint, centum, qui vero dictam ecclesiam de Minerva diebus Veneris cuiuslibet ebdomadae totius anni visitaverint decem annorum et totidem quadragenarum indulgentias, quotiens id fecerint, concedimus, mulieribus confraternitatis, quibus propter honestatem non licet per urbem vagari, si, quotiens signum campanae audirent, semel orationem dominicam et totidem salutationem flexis genibus recitaverint, ut omnes indulgentias confratribus concessas consequentur, ac eisdem confratribus, ut quemcunque presbyterum etiam in mortis articulo etiam si mors tunc non subsequatur, in suum possint eligere confessorem, qui eorum confessionibus auditis eos ab omnibus criminibus etiam sedi apostolicae et locorum ordinariis reservatis praeterquam a contis in literis in die Cenae Domini legi solitis ter in vita absolvere et eis penitentiam salutarem iniungere. Confraternitatis administratoribus statuta corrigere facultatem concedimus, et nichilominus ut christifidelium devotis ad salubre sacramentum invalescat ac christifideles ad illius venerationem excitentur, confraternitates sub invocatione Corporis Christi ubilibet institutae et instituendae indulgentiis confraternitati in ecclesia de Minerva per nos concessis gaudeant. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo trigesimo nono, pridie kalendas Decembris, pontificatus nostri anno sexto.

Wedlug transsumtu kardynała Alexandra Cesariniego z r. 1540 (poniżej nr. CXXII).

CXXII.

W Rzymie 1540 r.

Alexander Cesarini biskup albański, kardynał, każe sporządzić transsumt dokumentu Pawła III. papieża wydanego w Rzymie 30. Listopada 1539 r. a potwierdzającego erekyę arcybractwa pod wezwaniem Bożego Ciała.

Nos Alexander episcopus Albanensis sanctae Romanae ecclesiae cardinalis de Cesarinis nuncupatus ac infrascriptae societatis seu confraternitatis sacratissimi Corporis Christi in ecclesia' domus beatae Mariae supra Minervam de Urbe ordinis fratrum praedicatorum noviter institutae protector notum facimus, qualiter Paulus papa tertius quasdam eis concessit literas huiusmodi sub tenore:

Tu następuje dokument Pawła III. papieża wydany w Rzymie dnia 30. Listopada 1539 roku (nr. CXXI), poczem:

Nos praeinsertas literas sanas, omni prorsus vitio et suspicione carentes ipsiusque domini nostri papae vera bulla plumbea cum filis sericeis rubei croceique coloris more Romanae curiae impendenti bullatas, per venerabilem dominum Ioannem de Cermino cantorem ecclesie Premisliensis requisiti et ad illius instantiam pro dicta civitate Premisliensi et illius confraternitate praedictas literas per infrascriptum notarium dicteque confraternitatis secretarium transumptari (*sic*) mandavimus. In quorum fidem etc. Datum et actum Romae in edibus nostrae solitae habitacionis sub anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quadragesimo, indictione decima tertia, die vero secunda . . . . . embris [1]) pontificatus domini Pauli papae tertii anno sexto, praesentibus ibidem Valerio de Valentinis et Vincentio de Cernis civibus Romanis testibus ad praemissa. Dominicus Porcius civis Romanus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius supradictaeque confraternitatis secretarius.

Or. perg. (III. 19), bardzo znacznie zniszczony, pieczęć wraz ze sznurem zaginęła, po brzegach malowane inicialy, arabeski i medaliony, z pięciu medalionów jeden zawiera herb Topór, drugi herb Szreniawa. Po lewej stronie obok potwierdzenia notaryusza znak jego. Poniżej dokumentu dwa dopiski, z jednego wynika, że biskup przemyski na prośby Jana Czermieńskiego kantora przemyskiego pozwolił 5. Kwietnia 1543 r. zaprowadzić bractwo takie w Przemyślu; z drugiego że 20. Września 1545 r. biskup przemyski Jan Dziaduski zatwierdził to bractwo.

---

[1]) Między *secunda* a *embris* dziura wydarta, tak że miesiąca oznaczyć bliżej nie można.

CXXIII.

W Przemyślu 18. Września 1551 r.

Imieniem króla Zygmunta Augusta zawzywa przed siebie sąd przemyski ziemski Malgorzatę Bolestraszycką w sprawie Alberta kanonika przemyskiego.

Sigismundus Augustus Rex Poloniae etc. tibi nobili Margaretae relictae olim generosi Nicolai Swyetopelk Bolestrasyczki tenutrici bonorum villae Bolestrasicze modo reformationis tuae et de aliis omnibus bonis tuis mobilibus et immobilibus mandamus, quatenus in terminis terrestribus particularibus Premisliae proxime celebrandis coram iuditio terrestri Premisliensi ad instantiam venerabilis Alberti doctoris sacrae Teologiae, canonici Premisliensis et totius capituli ecclesiae catedralis Premisliensis heredis villae Byskowycze [1]) personaliter compareas, qui te citat secundo citacione secunda. prout te condemnavit iudicialiter in pena contumatiae non paritionis in termino primo in terminis et in actis terrestribus Premisliensibus proxime praeteritis iuxta citacionem suam primam seu originalem, qua te citaverat videlicet pro eo, quia tu ex antiquo alneo et meatu aquam ex piscina tenutae villae Bolestrasycze defluentem violenter avertisti, qua aversione aquae prata praedicta inundasti in damnum ipsius, quod sibi pensat ad mille marcas pecuniae communis monetae in regno currentis et totidem damni vel prout iuditium decernet iudicialiter sis responsura. Datum Premisliae feria sexta ante festum sancti Mathei apostoli et evangelistae proxima anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo [2]).

Według transsumtu Macieja Boguskiego sędziego i Adama Siemuszowskiego podsędka ziemskich przemyskich wydanego w Przemyślu 27. Września 1552 r. (nr. CXXV).

---

[1]) Bolestraszyce i Buszkowice wsie w powiecie przemyskim.

[2]) Na tym samym dniu wydano drugi pozew imieniem króla do Małgorzaty Bolestraszyckiej i Stanisława Świętopelka Bolestraszyckiego *pro eo, quod vos de industria sua immo violenter congregatis vobis multis coadiutoribus, quos ad id ordinare potuistis, una cum emetonibus et subditis vestris villae Bolestrasicze armate denegastis et non admisistis praefatis venerabili Alberto necnon toti capitulo congregare fenum in pratis ad bona Byskowycze pertinentibus et post scopulos et limites, qui distinguunt bona ipsa Byskowycze a bonis vestris Bolestrasycze, immo ipsos et subditos eorum ab hac congregatione feni laboris ipsorum proprii repulistis et quod magis et hoc fenum per falcastratum in pratis ipsis pertinentibus ad bona Byskowycze laboris ipsorum proprii impellendo peecora, equos, equircam, boves, oves, sues etc. conculcastis, quodque depascere et conculcare non potuistis, rastris alias bronamy in fluvium Shan proiecistis et in nihilum convertistis, facientes praemissa in ipsorum damnum et iniuriam non mediocrem, quae omnia contra vos ministeriali terrestri et nobilibus in tempore et hora solenniter sunt protestata alias prout vobis latius in termino declaratur, quod sibi pensat contra vos ad ducentas marcas pecuniae communis monetae et exinde habet totidem damni vel ita prout iuditium decreverit iuditialiter sitis responsuri* (sygn. B. 21).

CXXIV.

W Przemyślu 16. Lipca 1552 r.

Imieniem króla Zygmunta Augusta zawzywa po drugi raz przed siebie sąd ziemski przemyski Malgorzatę Bolestraszycką w sprawie Alberta kanonika przemyskiego.

Sigismundus Augustus Rex Poloniae etc. tibi generosae Margaretae relictae olim generosi Nicolai Swyethopelk Bolyestrassyczki tenutrici bonorum villae Bolestrassycze modo reformationis tuae mandamus, quatinus in terminis terrestribus particularibus Premisliae proxime celebrandis coram iuditio terrestri Premisliensi ad instantiam venerabilis Alberti doctoris sacrae Teologiae canonici Premisliensis heredis villae Byskowycze personaliter et legittime peremptorieque compareas, qui te concittat ad solvendum pro his omnibus, pro quibus te iuditialiter in termino peremptorio expedientis visionis pro toto in suo lucro in terminis et actis terrestribus Premisliensibus proxime praeteritis condemnavit pro eo, quia tu ex antiquo alneo et meatu aquam ex piscina tuae tenutae villae Bolestrasycze defluentem et decadentem facto et constructo villae Bolestrasycze consistentem violenter et studiose avertisti, qua aversione aquae prata praedicta in hereditate ipsius villae Byskowicze propria inundasti in damnum ipsius, quod sibi pensat ad mille marcas pecuniae communis monetae in regno curentis et totidem damni vel prout iuditium decernet et concittat te ad satisfaciendum. Datum Premisliae Sabbato post festum Divisionis apostolorum proximo anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo [1]).

Według transsumtu Macieja Boguskiego sędziego i Adama Siemuszowskiego podsędka ziemskich przemyskich wydanego w Przemyślu 27. Września 1552 r. (nr. CXXV).

CXXV.

W Przemyślu 27. Września 1552 r.

Maciej Boguski sędzia i Adam Siemuszowski podsędek ziemscy przemyscy ogłaszają przebieg i wynik procesu Alberta kanonika przemyskiego przeciw Małgorzacie Bolestraszyckiej o zatopienie łąk i zniszczenie siana.

Mathias Boguski de Bogussycze iudex, Adam Syemussowsky de Syemussowa subiudex terrestres Premislienses generales significamus, quomodo acta sunt haec in terminis terrestribus

[1]) Na tym samym dniu wydano drugi pozew imieniem króla do Małgorzaty Bolestraszyckiej i Stanisława Świętopełka Bolestraszyckiego w sprawie i słowami wymienionemi w adnotacyi do dokumentu nr. CXXIII.

Premisliae feria tertia post festum sancti Iacobi apostoli proxima (*28. Lipca*) anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo. Venerabilis Albertus doctor sacrae Teologiae canonicus Premisliensis ac totius capitulum ecclesiae cathedralis Premisliensis heres villae Byskowycze actor condemnavit iudicialiter in pena contumatiae non paritionis nobilem Margaretham relictam olim generosi Nicolai Swyetopelk Bolestrasiczky cittatam iuxta citacionem, pro violenta aversione aquae ex antiquo alneo et meatu ex piscina suae tenutae villae Bolestrasicze defluentis, qua aversione aquae prata inundasti et madedasti, latius canentem et hoc clamatam per ministerialem terrestrem iuri non comparentem.

Tandem in terminis sequentibus acta sunt haec Premisliae in celebracione terminorum generalium in deffectu terminorum generalium alias wyeczow feria tertia ipso die festi sancti Michaelis archangeli (*29. Września*) anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo. Ex decreto iudicii generosae Margaretae relictae olim generosi Nicolai Swyetopelk Bolestrasiczky bonorum villae Bolestrassycze modo reformationis tenutrici citatae ad instantiam venerabilis Alberti doctoris sacrae Teologiae, canonici Premisliensis et totius capituli ecclesiae cathedralis Premisliensis heredis villae Byskowycze actoris iuxta ipsius actoris citacionem secundam, qua eandem cittavit pro violenta aversione aquae ex antiquo alneo et meatu ex piscina tenutae villae Bolestrassycze defluentis inundasti prata praedicta, latius canentem, data est visio hinc in quatuor septimanis continue et immediate se sequentibus ab actu celebrationis terminorum hoc est feria tercia ante festum sanctorum Simonis et Iudae apostolorum (*27. Października*) proxima, ad quam visionem datus est de iure ministerialis terrestris providus Iaczko de Premislia et habent habebuntque partes praefatae terminum hinc pro terminis proximis terrestribus Premisliensibus proxime Premisliae celebrandis iuxta citacionem secundam actoris praesens decretum cum visione ac confirmacione termini et acta.

Tandem in sequentibus terminis acta sunt haec in terminis terrestribus Premisliae feria tercia post festum sancti Stanislai in Mayo (*10. Maja*) proxima anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo Venerabilis Albertus doctor sacrae Teologiae, canonicus Premisliensis et totius capitulum ecclesiae cathedralis Premisliensis actor postquam iam condemnationes in penis contumatis, demum in lucro per ministerialem terrestrem de mandato iudicii sunt proclamatae et iam in fine terminorum affectavit sibi addi ministerialem terrestrem Premisliensem per iuditium, prout sibi est additus providus Iaczko de Premislia. Quiquidem Iaczko iuxta addicionem ipsam nobilem Margaretam relictam generosi olim Nicolai Swyetopelk Bolestrasiczki tenutricem bonorum villae Bolestrasycze cittatam clamatam semel, bis, ter et insuper abundati quater ad instantiam ipsius Alberti doctoris sacrae Teologiae canonici Premisliensis et totius capituli ecclesiae cathedralis Premisliensis. quae nec per se nec per suum procuratorem iuri paruit nec quidcunque fecit, prout hoc ipse ministerialis coram iuditio recognovit. Ideo ipse Albertus doctor et totius capitulum ecclesiae cathedralis Premisliensis actor iam iuditio de loco iuditii surgere volente condemnavit iudicialiter pro toto in suo lucro et hoc iuxta decretum visionis in terminis proxime praeteritis factum praefatam Margaretam relictam olim generosi Nicolai Swyetopelk Bolestrasiczki cittatam clamatam per ministerialem terrestrem semel, bis, ter et insuper abundanti quater, prout hoc idem ministerialis recognovit et hoc iuxta citacionem secundam, cuius tenor est talis:

Tu następuje cytacya dla Małgorzaty Bolestraszyckiej wydana w Przemyślu 18. Września 1551 r. (nr. CXXIII). poczem:

Super quod condemnationi in lucro memoriale positum est, quod iuditium recepit.

Tandem in terminis sequentibus acta sunt haec in terminis terrestribus Premisliae feria tertia in crastino festi sancti Iacobi apostoli *(26. Lipca)* anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo. Venerabilis Albertus decretorum doctor, canonicus Premisliensis una cum capitulo ecclesiae cathedralis Premisliensis heredes villae Byskowycze tanquam actores ab una et generosa Margareta relicta generosi olim Nicolai Swiethopelk Bolestrasyczki tenutrix villae Bolestrassycze modo reformationis suae de aliisque omnibus bonis ipsius cittata partibus ab altera terminos tales, quales hodie habere debuerunt super concitaciones quatuor in numero ad satisfaciendum pro perlucris super quamlibet concitacionum praefatarum seorsum iuxta videlicet primam concitacionem ad satisfaciendum occasione confalcastrationis graminum in pratis hereditatis villae Byskowycze, iuxta vero aliam concitacionem occasione inundationis pratorum in eadem hereditate villae Byskowycze; item iuxta tertiam concitacionem occasione annihilationis feni, peccoribus et pecudibus ac rastris alias bronami in fluvium Shan proiectionis, conculcacionis, item iuxta quartam concitacionem occasione violentae excisionis et annihilationis signorum granitialium bona hereditaria villae Byskowycze cum bonis villae Bolestrassycze eiusdem partis cittatae limitantium et distinguentium, alias prout praefatae concitaciones unaquaeque seorsum latius in suo tenore obloquuntur, et iuxta acta nulli partium iuri nocentes, immo in omni robore conservatae, hinc ad terminos hic terrestres Premislienses proximos ipse videlicet Albertus doctor nomine suo et totius capituli praefati personaliter stans et generosus Valentinus Herborth de Phulstyn heres in Bruchnal nomine et ex parte generosae Margarethae Bolestrasiczka inscripserunt et continuaverunt in eodem vigore, prout tunc habere debuerunt et habebunt partes praefatae terminos hinc ad terminos hic terrestres Premislienses proximos iuxta quatuor concitaciones ad satisfaciendum pro perlucris quamlibet earum seorsum et iuxta acta terrestria Premisliensia desuper horum premissorum latius canentia.

Tandem in terminis sequentibus alloquebatur iuditialiter venerabilis Albertus a Pilzno decretorum doctor, canonicus et officialis una cum venerabili capitulo ecclesiae cathedralis Premisliensis heres villae Byskowicze tanquam actor in et contra generosam Margaretam relictam olim generosi Nicolai Swyethopelk Bolestrasiczky tenutricem bonorum villae Bolestrassycze modo reformationis ipsius et de aliis omnibus bonis eius iuxta suam concittacionem, qua ipsam concitaverat unacum praefato capitulo ad solvendum et satisfaciendum sibi pro his omnibus, pro quibus ipsam in actis et terminis terrestribus Premisliensibus proxime praeteritis iuditialiter condemnaverat, prout praefata concitacio latius in se disponit, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Tu następuje cytacya dla Bolestraszyckiej w Przemyślu 16. Lipca 1552 r. (nr. CXXIV) poczem:

Et post allocucionem praefatus venerabilis Albertus doctor una cum capitulo praefato affectaverunt, a parte concitata iudicialem iuxta praefatam concitacionem latius canentem satisfactionem et in deffectu satisfactionis petiverunt per iuditium ipsis asticionem termini concittati vel potius condemnationem super eandem concittacionem admitti ministerialemque terrestrem de forma iuris ad intromittendum eundem actorem tanquam causae victorem addi in bona praefata villae Bolestrasicze tenutae ipsius ac alia bona quocunquelibet per eam in regno habita et possessa. Ex adverso praefata Margareta per suum legitimum procuratorem dixit, se non teneri super praefatam concitacionem respondere alligans de citacione et processu causae nescivisse nec sibi ad noticiam

de citacione, super quod condemnata est, in lucro pervenisse, praefata parte actorea partis concittatae allegacionem replicandam esse nullam neque per iuditium admittendam, ex eo quia pars concittata non potest negare de cittacione, super quod condemnata est, in lucro sibi ad noticiam pervenisse, cum post condemnationem in pena contumatiae super citacionem secundam litem cum parte actorea contestaverat et decretum visionis in ea ipsa causa pro parte sua obtinuerat; quo tandem termino expediendae visionis adveniente in terminis proxime praeteritis pars actorea eandem partem concitatam super citacionem secundam iudicialiter in forma iuris solita debite condemnavit. De cuius causae iuris processu eadem pars actorea verificans intencionem et allegationem suam sufficienter, hic idem coram iuditio et actis docuit primum de condemnatione in pena contumatiae super primam citacionem, deinde de decreto visionis et tandem de condemnatione in lucro iuridice facta. Docuit praeterea inscriptionem termini super concitacionem ad satisfaciendum in praeteritis terminis ad praesentes continuati et proinde ex his rationibus petiit asticionem termini concittati in deffectu satisfactionis admitti nullam controversiam cum parte concitata intrare et facere volente immo de non intrando et faciendo protestante. Et iuditium attenta condemnatione in lucro per partem actoream iuridice facta totoque processu causae verificato mandavit et admisit partibus ulterius in causa procedere. Et tandem pars concitata per suum procuratorem procedens ulterius in causa in vim suae responsionis priores allegationes suas repetendo negabat se de citacione praefata, super quod condemnata est, in lucro totoque causae ipsius processu nescivisse volens evadere, prout ius decreverit. Et iuditium contra eandem partem concitatam protestabatur ministerialibus terrestribus et nobilitati praesentibus terminis assistentibus, quia pars concittata nihil aliud super concitacionem facit et neque procedit saltim id quod et prius repetit quare ipsius repeticio prioris allegationis locum habere in iudicio non potuit et praefata pars concitata de motione facienda protestabatur, quam facere voluit, cui iuditium deferre noluit, verum parti actoreae in causa ulterius procedere admisit. Pars itaque actorea non obstans allegationibus partis concittatae in diffugium iusticiae datis petiit sibi per iuditium addi ministerialem providum Iaczko de Premislia ad clamandam prefatam Margaretam Bolestrasiczka partem concitatam ad videndum et audiendum contra ipsam astare terminum concitatorium super concitacionem praeinsertam ad omnesque alios et singulos actus parti actoreae ad causam de iure necessarios, et iuditium addidit. Qui tandem ministerialis circa iuditium stans clamavit praefatam Margaretam Bolestrasyczka primo, secundo, tertio et ultra ius quarto, de quo relacionem hic idem fecit, quam Margaretam Bolestrasyczka partem concitatam praefata pars actorea predictus venerabilis Albertus canonicus et officialis cum toto capitulo Premisliensi, ut praemissum est, per ministerialem terrestrem ad iuditium clamatam iuri et concitacioni ad satisfaciendum minime parere curantem et satisfacientem super ipsa et iuxta concitacionem suam praefatam superius expressam latius in se canentem iuditialiter condemnavit seu terminum concitatorium astitit. Et iuditium visa condemnatione et asticione termini per partem actoream sufficienter et iuridice factam addidit eidem parti actoreae tanquam victori ministerialem terrestrem providum Iaczko de subcastro Premisliensi vel alium quemcunque sibi eligeret in deffectu istius ad intromitendam ipsam partem actoream in bona prefatae partis concitatae tenutaria villae Bolestrasycze ac alia omnia bona mobilia et immobilia quocunquelibet per eam in regno Polonico habita et possessa in ipsius perlucris et iure acquisitis. In casu vero seu deffectu admittendae intromissionis iuditium praefatam partem actoream remisit, prout praesentibus remittit, ad officium castrense capitaneale Premisliense tanquam ad brachium regale et alios capitaneos loci pro ulti-

maria exequutione praemissorum fienda. Quod decretum pars concitata pro iure non suscepit, sed ab eodem et cum eodem generosum Mathiam Boguski iudicem Premisliensem ad colloquia generalia Premisliensia et in deffectu colloquiorum ad conventionem generalem regni ubicunque locorum proxime celebrandam per ministerialem terrestrem providum Iaczko de Przemisl movit terminumque sibi comparendi cum eodem decreto in colloquiis generalibus Premisliensibus et in deffectu colloquiorum in conventione generali regni ubicunque locorum proxime celebranda duodecima die post inceptionem eiusdem conventus die inceptionis exclusa praefixit et assignavit. Cui motioni iuditium non detulit nec eam suscepit. Actum et datum in terminis terrestribus Premisliae in deffectu colloquiorum generalium alias wyeczow feria tercia ipso die festi sancti Stanislai in autumno anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, praesentibus generosis et nobilibus Ioanne Succamerario Leopoliensi, Stanislao Succamerario Premisliensi, Iacobo et Nicolao de Phulsthyn Herborthy, Ioanne Tarlo de Sczekarzowicze Vexilifero Leopoliensi, Christofero Glowa, Matheo Troyeczki, Stanislao Iaskmaniczki, Ioanne Wlosczeczki, Nicolao Pelka et aliis multis ad praemissa fidedignis testibus. In cuius rei evidens testimonium sigilla nostra praesentibus sunt subappensa.

Correctum per me Nicolaum Orzechowski Notarium terrestrem Premisliensem. Idem manu propria subscripsit.

Or. perg. (*B. 21a*) na obu stronach pisany, obie pieczęci wraz z paskami zaginęły. W tym samym dniu wystawili ci sami sędziowie opis przebiegu procesu tego samego kanonika Alberta przeciw Małgorzacie Bolestraszyckiej i Stanisławowi Bolestraszyckiemu o zabranie siana i zniszczenie kopców granicznych pomiędzy Buszkowicami i Bolestraszycami. (Or. perg. *B. 21*, na obu stronach tą samą ręką co powyższy dokument pisany, obie pieczęci wraz z paskami zaginęły). Dokument ten brzmi zupełnie tak samo, jak dokument powyższy, z tą tylko różnicą, że gdzie w powyższym wymieniona jest sama Małgorzata, tam w drugim wymienieni są oboje oskarzeni, i że przytoczone w *B. 21* cytacye różnią się od wymienionych w *B. 21a* tem, co podano w adnotacyach do dokumentów wydrukowanych powyżej nr. CXXIII i CXXIV.

CXXVI.

Na sejmie w Piotrkowie 6. Maja 1555 r.

Zygmunt August pozostawia Janowi Dziaduskiemu biskupowi przemyskiemu wieś Dunikowice dożywociem.

Sigismundus Augustus Rex Poloniae significamus, quia habentes rationem benemeritorum Ioannis Dziaduski episcopi Premisliensis, eundem in possessione villae nostrae Dunikowicze in terra Premisliensi consistentis, quam iam inde per praedecessores suos possessam in certis summis ipse quoque ad hoc usque tempus tenet, ei relinquendam esse duximus ad vitae suae extrema tempora. Postea possessio villae ad nos et successores nostros devolvetur, prius tamen summa peccuniaria, quae in eadem villa legittime inscripta fuerit, successoribus ipsius episcopi persoluta. In cuius rei

testimonium etc. Datum Piotrcoviae in conventione generali regni feria secunda proxima post dominicam Iubilate anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, regni nostri vigesimo sexto.

Ioannes Ocieski
Regni Poloniae Cancellarius subscripsit.

Relatio magnifici Ioannis de Oczieschino regni Poloniae Cancellarii, Cracoviensis generalis, Sandecensis Olstinensisque Capitanei, Succamerarii Cracoviensis.

Or. perg. (B. 22). Na sznurkach jedwabnych koloru żółtego, czerwonego, zielonego i brunatnego zawieszona większa pieczęć królewska.

CXXVII.

W Brzozowie 6. Lutego 1557 r.

Jan Dziaduski biskup przemyski sprzedaje Janowi Augustynowiczowi ogród w pobliżu pałacu biskupiego w Przemyślu położony za 10 grzywien.

Ioannes Dziaduski episcopus Premisliensis significamus, quia volentes bona ecclesiae cathedralis et episcopatus nostri Premisliensis ad meliorem deducere condicionem et virtutis studium providi Ioannis Augustinovicz habentes commendatum, sibi et eius uxori ac eorum successoribus medietatem areae horti nostri a tergo episcopalis curiae nostrae Premisliensis, inter Mathiae de Podstholice aurifabri domum, ubi est transitus in curiam ipsam episcopalem, ab una et usque ad aliam medietatem eiusdem areae providi Benedicti Czapczicz parte ab altera de consensu capituli nostri pro marcis decem pecuniarum monetae et numeri Polonicalium in regno currentium per nos iam perceptis, cum omni iure immunitateque et libertate ecclesiastica, atque ideo eandem aream exactionibus publicis civilibus vel regalibus, alias schoszi dictis gravari minime licet, sub annuo sex florenorum in moneta censu nobis et successoribus nostris episcopis solvendo, vendidimus ac pro aedificanda structura aedificiorum in ea ipsa medietate areae facultatem dedimus, ita tamen, quod transitus in curiam episcopalem semper liber esse debet. De qua quidem area Ioannes Augustinovicz nobis racione census annui quolibet anno sex florenos pro festo sancti Martini episcopi solvere tenebitur. Quosquidem sex florenos primo et principaliter incipiendo pro eodem festo sancti Martini anni praesentis millesimi quingentesimi quinquagesimi septimi proxime venturo nobis Ioannes Augustinovicz solvere tenebitur. Praeterea idem Ioannes Augustinovicz non debet extruere in aedificiis areae ianuas et fenestras vel etiam cloacas versus curiam episcopalem, ita videlicet, quod essent cum gravi molestia, iniuria et displicencia curiae nostrae episcopalis, hoc est, quia ille aedificare tenebitur stabulum, aut quodcunque aliud aedificium cum tecto altiori, quo tecto obumbraretur inspectus in curiam episcopalem, si fenestras aliquas versus curiam episcopalem aedificaret. Casu vero quo aedificia per ignis voraginem vel alium casum destrui contingat, extunc praefati coniuges atque eorum successores a solucione census annui duobus annis liberi erunt. Lapsis autem

annis duobus, ad solutionem sex florenorum, etiam si aedificia interim non aedificaverint, erunt astricti. In cuius rei maiorem fidem etc. Actum et datum in Brzozow die sexta Februarii anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo.

Or. perg (III. 10), dwie pieczęci wraz z paskami odcięte.

CXXVIII.

W Brzozowie 15. Czerwca 1561 r.

Walenty Herburt biskup przemyski darowuje Mikołajowi Cebrzykowi sołtysowi z Lubatowy dwa grunta i przyrzeka temuż Mikołajowi, jego żonie Annie i synowi Mikołajowi zostawić soltystwo lubatowskie dożywociem.

Valentinus Herborth episcopus Premisliensis significamus, quod animadvertentes praedium villae nostrae Lvbathowa non sine praeiudicio sculteti eiusdem villae (agris nempe cmetonum ademptis, equibus sextus denarius censuum, laborum auxilia ceterique redditus privilegio contenti illi decesserunt) institutum esse, accedente pro eodem sculteto Nicolao Czebrzyk peticione, agros nostros unum, Dibigowska dictum, desertum, inter Ioannem Cus ex una et Gregorium Marcz ab altera partibus, alterum dictum Mathissowska nuper per colonos extirpatum, agris praedialibus ab una, Mathissek vero antiqui ab altera parte adiacentem conferendos eidem benigne duximus. Quos agros scultetus praedictus Nicolaus Czebrzyk et successores ipsius legittimi possidebunt eodem iure, quo scultetiam ibidem possidet, neque agri praedicti a scultetia unquam separari debent. Praeterea agros eosdem ab omnibus, quos cmetones subire solent, oneribus eximimus neque volumus eum ipsum et successores eius nobis quicquam eo nomine debere; promittimus, quod neque nos neque successores nostri molendinum tabernamve aedificabimus nec inquilinorum usufructu eundem privabimus, denique quicquid illius privilegio ac observatae consuetudini adversum fore videatur, policemur nunquam quicquam innovaturos. Eundem Nicolaum Czebrzyk patrem, ac Annam consortem legittimam et Nicolaum Czebrzyk illorum filium legittimum in possessione eiusdem scultetiae Liubatoviensis ad vitae illorum extrema tempora conservamus, promittentes, quamdiu Nicolaus Czebrzyk et uxor eius Anna et filius Nicolaus supervixerint, neque nos neque successores nostros pro usu proprio ipsos de advocatia exempturos, post mortem autem dictarum trium personarum, si forte advocatiam redimere voluerimus, tunc et iuxta summam in privilegio contentam et iuxta moderatam quoque taxam meliorationis dictae advocatiae talis redemptio esse debebit. Quorum in fidem literas praesentes etc. Datum Brzozoviae quindecima Iunii die anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo.

Według transsumtu Alberta Sobiejuskiego biskupa przemyskiego (poniżej nr. CXXXVIII) z dnia 8. Września 1578 r. w Brzozowie wystawionego.

CXXIX.

W Radymnie 16. Kwietnia 1564 r.

Walenty Herburt biskup przemyski sprzedaje dwa młyny z ogrodami i łąkami w Radymnie Pawłowi i Piotrowi Dąbrowskim za 150 grzywien.

Valentinus Herborth episcopus Premysliensis significamus, quod et si molendina nostra duo in oppido Radimno, unum videlicet in fluvio Szan et alterum sub oppido et arce nostra sitta generoso Stanislao Morski, bona nostra Radimno ad certum tempus iure arendae tenenti, de manibus successorum providi olim Stanislai de Grodek eorundem molendinorum ad tempora vitae illius ultimi vigore certorum privilegiorum possessoris exemenda admiserimus, tamen in expiratione arendae eidem Stanislao Morski summam capitalem centum et quinquaginta marcas pecuniae, qua praedictos successores olim praefati Stanislai molendinatoris de praefatis molendinis exemerat, iterum restituimus et molendina nostra in possessionem et usum suscipimus. Sed quoniam intelleximus, ea ipsa molendina sine oeconomo non posse bene stare, suplicationibus generosi Lucae Lienczki Sacrae Regiae Maiestatis cubili praefecti de ecclesia nostra cathedrali Premysliensi bene meriti pro nobilibus Paulo et Petro Dambrowskych nepotibus ipsius ex sorore ad nos factis annuentes ac eorundem Dambrowskych orphanitatis rationem habentes ipsis haec eadem molendina duo, unum in fluvio Szan et alterum sub oppido et castro nostro iacentia una cum duobus pratis, uno post fluvium Shan, altero vero ante oppidum nostrum praedictum Radimno, necnon cum duobus hortis, uno circa molendinum fluvii Shan, in quo molendinum stat extructum, altero autem sub arce nostra Radimnensi situatum, pro summa centum quinquaginta marcarum peccuniae, qua praedictus Stanislaus molendinator a praedecessore nostro olim Ioanne Dziaduski episcopo exemendo tenebat, vendendum duximus citra derogationem iuris et superiotatis nostrae, iuribusque et obventionibus per omnia salvis permanentibus condicionibusque infrascriptis: quia Paulus et Petrus Dambrowszczi obedientiam omnem et omnia onera iuxta modum aliorum molendinatorum nobis praestare tenebuntur, quod si ipsi molendinatoriam artem in praefatis molendinis non exercuerint, extunc molendinatorem artificem ordinare nobisque ad disponendum molendina praesentare tenebuntur talem, qui nobis placuerit ac eundem molendinatorem toties, quoties nobis visum fuerit, immutare et alium seu alios a nobis de eo prius avisati infra unius mensis spacium constituere debebunt. Alioquin licebit nobis virum honestum constituere et minus idoneum alienare. Ad quorum quidem molendinorum et eorum structurarum restaurationes, similiter obstaculi in fluvio Shan obdurationem et aquam retentionem, restaurationem toties, quoties opus fuerit, nos duos grossos et ipsi tertium dare astricti erunt. Rubeta vero ad obdurandum obstaculum in fluvio Shan et robora ad aedificationem praefatorum molendinorum iuxta veterem consuetudinem subditis suburbii nostri Radimnensis ponere et dare tenebuntur et tempore validae inundationis fluvii Shan more consueto cum tota communitate alias Sarwarkiem in auxilium retentionis obstaculi ac illius obdurationis molendinorum, aggeris alterius molendini defensionis venire debent. De quibus quidem molendinis omnium et singulorum emolumentorum videlicet siliginis, tritici et braseorum de tritico pro cervisia et aliorum communium pro cremato vino dispositorum

et in dictis molendinis molliturum nobis duae partes, tercia vero praefatis Dambrowskim iuxta morem aliorum molendinorum cedere debebunt. De qua quidem sua tertia parte praefati Dambrowsczi commemoratum pro tempore vicemollitorem contentare tenebuntur dempto tamen certo genere frumenti alias tlucz, quo sues seu porci saginari solent, hac soli omnes tres mensuras percipient, respectu eius, quod instrumenta ferrea ad molendina et structuram ante rotas alias pogrodki ipsi comparare tenebuntur. Quatuor etiam porcos annuatim fovere ad arcem nostram debebunt. De torqualibus autem milii et alterius frumenti nobis duae partes et ipsis tertia provenire debet. A panno vero Rutenico alias od folusza tota solutio ipsis erit, praeter pannum textorum Radimnensium, a quo ipsis tertia pars proveniet, nobis solventur duae partes. Quando vero ea ipsa molendina stare sine mollitura contigerit, extunc oppidani nostri Radimnenses et alii subditi potentes erunt brasea ac alia frumenta in molendino nostro superiori in suburbio iacenti molire. De quibus braseis nobis integre tres partes, de aliis vero emolumentis duae partes, molendinatori illius loci tertia pars proveniet. Aedificia vero antiqua in arce Radimnensi gratis restaurare tenebuntur. A novis vero aedificiis, quae tenebuntur facere, quando opus fuerit, solutio illis impendi debebit. Quantum vero attinet lapides molares pro necessitate emendos et advehendos nos duos grossos, ipsi vero tertium dare tenebuntur. Promittimus insuper eosdem Dambrowskie in possessione et usufructu praedictorum molendinorum ad tempora vitae unius illorum senioris videlicet Pauli conservandos fore neque ipsos, quoad Paulus vixerit, per nos redimendos esse. In quorum omnium et singulorum etc. Praeseutibus Alberto a Pilzno decretorum Doctore, Canonico et Officiali ecclesiae nostrae cathedralis Premisliensis, Valentino Czechowski Praeposito Przeworsczensi, Stanislao a Schidlow Capellano, Stanislao Przistalowski curiae nostrae Marschalco, Nicolao Czebrzik, Alberto Lybusza, Gabriele Czierwienski, Iacobo Bielski, Ioanne ab Vrzędow Notario publico. Datum Radymnae in arce nostra die sedecima mensis Aprilis anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto.

Według transsumtu króla Stefana z 1. Lutego 1578 r. (poniżej nr. CXXXVI).

CXXX.

W Radymnie 3o. Czerwca 1564 r.

Walenty Herburt biskup przemyski daje Janowi Sado i jego żonie Helenie plac wolny, z którego roczny czynsz w kwocie 2 zlp. przeznacza na olej do lampy przed cyboryum.

Valentinus Herbort episcopus Premisliensis, quia volentes ecclesiae nostrae Premisliensi de oleo in lampadem ante ciborium providere, aream hactenus ad rem nullam ecclesiae nostrae utilem Premisliae e fundo curiae nostrae, quae contigua stabulo nostro est et ecclesiam versus extenditur longitudinis viginti [1]) cubitorum, latitudinis vero, quae a via publica incipiens in fundum curiae

[1]) Wyraz ten dopisano innym atramentem (tym co podpis biskupa).

nostrae progreditur, cubitorum decem pro aedificanda domo provido Ioanni Sado eiusque legitimae Helenae uxori emensurari fecimus ac damus illis eorumque legitimae posteritati. Tenebitur Ioannes Szado ecclesiae nostrae pro quolibet Nativitatis Domini festo florenos duos monetae et numeri in regno usitati numerari. Haec duorum florenorum pensio non in alium ecclesiae usum quam in hoc lampadi oleum ante ciborium appensae neccessarium cedere debet. In cuius rei testimonium etc. Datum Radymnae ultima Iunii anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, praesentibus Stanislao Przystalowski curiae nostrae Marsalco, Ioanne Iordanowski, Ioachimo Zaporski, Christofero Chwal, Stanislao Lapkowski, Ioanne ab Vrzedow curiae nostrae Notario.

Idem qui supra Episcopus significat manu sua.

Or. perg. (B. 23), obie pieczęci na pergaminowych zawieszone paskach odpadły.

CXXXI.

W Hajowicy między miastem Radymnem a wsią Świętą 22. Grudnia 1565 r.

Jan Herburt z Fulsztyna podkomorzy przemyski rozgranicza miasto Radymno od wsi Święte

Ioannes Herborth de Fulsthin et in Dobromil succamerarius terrae Premisliensis generalis significamus, quomodo acta sunt haec coram nobis et nostro offitio succamerariali in loco campestri inter hereditates bonorum oppidi Radimno Valentini episcopi Premisliensis ac sui capituli Premisliensis ab una et villam Szwienthe nobilis Ioannis Szyszinski etiam hereditariam ex altera partibus in loco dicto Haiowicza et hoc Sabbato ante festum Nativitatis Domini proximo anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto. In quo termino ex amicabili compositione factae sunt granities inter oppidum Radymno ex una et villam Szwięnthe ex altera partibus, et hoc iuxta literas originales granitiales inter praefata bona sub titulo et sigillo olim generosi Stanislai Oczicz Pilieczki de Pilcza succamerarii terrae Premisliensis inter olim Mathiam Drzewiczki episcopum Premisliensem et eius capitulum oppidi Radymno heredem ex una et Stanislaum olim Pilieczki succamerarium villae Szwienthe etiam heredem per olim Stanislaum Iaskmaniczki camerarium praedicti olim Stanislai Pilieczki succamerarii factas et sippatas [1]). Primum scopulum in loco Haiowicza circa viam, quae vadit de Szwienthe in Radymno inter agros exaratos et alium scopulum ex opposito istius scopuli praedicti penes pratum, penes silvam Olesz, et tercium scopulum penes agrum exaratum versus Srebrnik locum vulgariter sic nuncupatum ereximus, circa quem episcopo prata relicta sunt. Quartum ex opposito istius scopuli penes silvam vulgariter dictam Olesz, quintum similiter penes silvam praedictam ex opposito loci Srebrnik etiam renovavimus, qui sic scopuli facti dividunt tantummodo agros exaratos mutuo inter se et prata penes silvam Olesz et penes agros iacentia. A scopulo facto penes silvam Olesz ex opposito Srebrnik sippavimus scopulos quatuor, dividentes silvam Olesz usque ad locum dictum Dlugi liass et a loco dicto Dlugi liass usque ad locum dictum

[1]) Porównaj powyżej nr. CXVI. dokument z 13. Listopada 1511 r

Niethecza quinque scopulos sippavimus. Demum a ipso loco fecimus scopulos duodecim usque ad fluvium Szan. locum dictum Rebuszin iasz pereundo ante fluvium Szan, superius eundo eodem fluvio Szan fecimus sippare et renovare scopulum in rippa fluvii Szan ex opposito loci dicti Babianka et a dicto scopulo facto in rippa praedicta eundo versus locum Babianka usque ad novam fossatam fluvii Szan ibidemque pertranseundo eundem fluvium Szan pervenimus ad sylvam Ostry kąnth, quae silva Ostry kąnth antiquo meatu eiusdem fluvii Szan circumcirca est circumdata eodemque antiquo alveo eiusdem fluvii Szan circumeundo eandem sylvam Ostry kąnth usque tandem pervenimus ad eundem novum meatum eiusdem fluvii Szan. In quo loco ipse fluvius Szan in novum meatum est transversus. pertranseundo iterum ibidem eundem fluvium Szan, ubi est ex antiquo meatu eductus. fecimus errigere quattuor scopulos, eundo usque ad locum praedictum Babianka per silvam usque ad viam tendentem eodem campo Babianka, circa quam viam fecimus sippare scopulum acialem secundum antiquum privilegium earundem granitierum designantem tres parietes videlicet oppidi Radimna, villae Dvnikowicze et Szwienthe. Szan autem fluvius decurrens inter scopulos in ripis factis videlicet a scopulo facto circa locum dictum Rebuszin iasz ad scopulum in rippa fluvii Szan factum ex opposito loci Babianka et usque ad fossatam novam tum et antiquus alveus eiusdem fluvii Szan, quo antea ante diversionem eius fluebat, circumdans silvam Ostry kąnth communis utrique parti ad utifruendum debet esse, silva vero Ostry kąnth eodem antiquo meatu fluvii Szan circumdata perpetuo ad boua Radymno pertinebit, prata autem in ista parte fluvii Szan ubi Radimno et Szwienthe consistunt, integre debent tenere utraeque partes. Nos succamerarius praefatus iussimus clamare ministeriali terrestri provido Anthonio de Sthobno, ut si quis vellet contradicere praefatis granitiebus. ut in tempore contradicat, prout hoc idem ipse ministerialis se fecisse coram nobis recognovit. Praesentibus tunc Ioanne Starzechowski Pallatino Podoliae, Samboriensi, Drohobicensi Capitaneo, Stanislao Herborth Leopoliensi, Zuppario Russiae, Georgio Iazlowieczki Camienecensi Castellanis, Iacobo Herborth de Fulsthin, Bartholomaeo Korithko Notario terrae Leopoliensis, Paulo Korithko et Ministeriali terrestri provido Anthonio de Sthobno. In cuius rei testimonium etc. Actum et datum in loco campestri, die, loco, prout supra.

Według transsumtu Walentego Orzechowskiego sędziego i Hieronima Chmieleckiego podsędka ziemskich przemyskich wydanego w Przemyślu 22. Stycznia 1566 r. poniżej nr. CXXXII.

CXXXII.

W Przemyślu 22. Stycznia 1566 r.

Walenty Orzechowski z Orzechowic sędzia i Hieronim Chmielecki podsędek ziemscy przemyscy poświadczają przyjęcie do aktów sądowych dokumentu Jana Herburta z Felsztyna podkomorzego przemyskiego rozgraniczającego Radymno od Świętego.

Valentinus Orzechowski de Orzechowcze iudex, Hieronimus Chmielieczki de Chmieliek subiudex terrestres Premislienses significamus, quomodo in terminis terrestribus Premisliensibus feria

tertia post festum sanctae Agnetis proxima celebratis anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto ad iudicium actaque praesentia terrestria Premisliensia personaliter comparentes Valentinus Herborth de Fulsthin episcopus Premisliensis una cum suo venerabili capitulo toto oppidi Radymno et eius suburbii heredes ex una et generosus Ioannes Szyszinski villae Szosznicza et Szwienthe heres obtulerunt actum inscriptum granitierum inter bona infrascripta ex actis offitii succamerarialis Premisliensis emanatum. Quas actis praesentibus petierunt inscribendas, easdem in toto, prout in se continentur, approbandas. Quarum tenor sequitur et est talis.

Tu następuje dokument Jana Herburta z Fulsztyna podkomorzego przemyskiego wydany w Hajowicy 22. Grudnia 1565 r. (powyżej nr. CXXXI), poczem:

Nihilominus episcopus ex una et Ioannes Sziszinski ex altera partibus praefatas granities inscribunt et obligant se praesenti sua recognitione observare sub vadio mille marcarum peccuniae, pro quo quidem vadio, si se pars non tenens cittare ad iudicium terrestre Premisliense permiserit, extunc cittatus in iuditio eodem terrestri semotis omnibus dilationibus generaliter universis respondere tenebitur. Super quibus omnibus memoriale est solutum. Actum [1]) et datum die, loco et anno, quibus supra. Praesentibus ut in actis. Harum testimonio literarum etc.

Martinus Ostrowski Notarius terrae Premisliensis manu propria.

Or. perg. (III. 11), obie pieczęci, które wisiały na pergaminowych paskach, odpadły. Dokument ten oblatowano 5. Lipca 1777 w grodzie przemyskim.

CXXXIII.

W Głembokiej 27. Grudnia 1566 r.

Walenty Herburt biskup przemyski nadaje sołtystwo we wsi Lubatowy prawem dożywocia Mikołajowi Cebrzykowi i Annie córce Jerzego Warzyckiego małżonkom.

Valentinus Herbort episcopus Premisliensis notum facimus, quod, nobilis Nicolai Cebrzik servitiorum rationem habentes, non tantum ipsi Nicolao Cebrzik verum etiam uxori eius Annae, generosi olim domini Georgii Varziczki filiae, ius advitalitatis in scultetiam villae nostrae Lubatowa dedimus. Quae ut perpetuo firma rataque sint etc. Datum in Glemboka [2]) die XXVII Decembris anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, praesentibus Stanislao Przistalowski Canonico Premisliensi, Iacobo Bielski in Krolikowa et Iasionka Plebano, Sebastiano Felstinensi eiusdem reverendissimi domini ab epistolis.

Valentinus Herborth Episcopus Premisliensis manu sua subscripsit.

Or. perg. (B. 24), obie pieczęci na pergaminowych zawieszone paskach odpadły.

---

[1]) Od tego wyrazu do końca pisane innym atramentem, ręką zapewne Ostrowskiego.

[2]) Głęboka wieś w powiecie starosolskim w parafii fulsztyńskiej.

CXXXIV.

W Brzozowie 20. Grudnia 1570 r.

Walenty Herburt biskup przemyski sprzedaje Mikołajowi Cebrzykowi rolę w Lubatowie za 280 grzywien i 12 groszy.

Valentinus Herborth episcopus Premisliensis significamus, quia animadvertentes agros praedii nostri villae Lvbathowa adeo esse steriles, ut vix ipsa insata semina reddant, considerantes vero planiciem et fertilitatem agrorum villae Czergowa constituimus redemptis a colonis villae illius agris praedium istum facere, eos steriles in Lubathowa praediales agros vendere ac ea pecunia agros a colonis nostris in Czergowa pro constituendo praedio redimere statuimus agrosque omnes praedii Lubatoviensis nobili Nicolao Czebrzyk, Nicolai Czebrzik in eadem Liubathowa sculteti filio, *ducenti octoginta* marcis et grossis duodecem vendimus. Damus praeterea ei potestatem in iis agris emetones pro eius commodo locandi ac eosdem agros vendendi ea tamen ratione, ut haec vendicio *ducenti octogintarum* marcarum et duodecem grossorum summam non excedat et a nobis et successore et capitulo nostro approbata sit. Ut vero planius constet nos eam pecuniam a Nicolao Czebrzyk pro iis agris acceptam in eos agros in Czergowa pro praedio redimendos exposuisse, in iis literis, quantum pecuniae singulis colonis, a quibus agri pro praedio sunt redempti, a nobis datum est, describi iussimus. Valiaskowi marcas *quadraginta*, Hlodowi marcas *triginta*, Iurkowi marcas *octoginta* grossos duodecem, Posporcze marcas *sexaginta*, Frankowi marcas *septaginta* (*sic*), quae quidem summa redacta in unum non plus quam *ducenti octoginta* [1]) marcas et duodecem grossos efficit. Habentes vero rationem praedicti Nicolai Czebrzyk servitiorum, quae nobis in itinere Tridentino praestitit, concedimus ei, ut agros emptos ad vitae suae extrema tempora possideat, sed postquam ille e vivis excesserit, liberum erit nobis agros summa ducentarum octoginta marcarum et duodecim grossorum redimere. Datum Brzozowiae vigesima die Decembris anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo, praesentibus Stanislao Kowalowsky, Ioanne Iardanowsky, Ioanne Czarnoczki, Gabriele Czerminski, Nicolao Iankowski in Domaradz Sculteto.

Wedlug transsumtu Alberta Sobiejuskiego biskupa przemyskiego wydanego w Brzozowie 8. Września 1578 r.

---

[1]) Wyrazy kursywą drukowane są w oryginale innym atramentem choć tą samą ręką napisane. Może być, że zaszła omyłka w napisaniu pojedyńczych pozycyi i dlatego poprawiono je albo też na zmytych miejscach wypisano. Jednakże być może, że ktoś późniejszy chcąc uwidocznić zblakowane wyrazy pociągnął innym atramentem po tych samych literach, skutkiem czego nie ma różnicy w charakterze pisma.

CXXXV.

W Przemyślu 24. Czerwca 1576 r.

Kapituła przemyska nadaje ogród i dom swój dożywociem za czynsz roczny 4 zł. Zofii Dolińskiej matce, Fabianowi burmistrzowi i jego żonie Annie córce.

Capitulum ecclesiae cathedralis Premisliensis significamus, quomodo nos certum fundum nostrum capitularem post oratorium sancti Petri apostoli in civitate Premisliensi a parte meridiei sittum ac iacentem ac domum in ea constructam ad utilitatem nostrae mensae capitularis reducere volentes et honestae ac famatae Zophiae Dolynska civis Premisliensis pro ipso nostro fundo seu horto et domo in ipsa consistente petitionibus ad nos factis annuentes ipsamque et famatum virum Fabianum consulem ac Annam ipsius consortem praefatae Zophiae filiam cives Premislienses favore prosequentes, ipsis ad eorum duntaxat vitas praefatum hortum sub censu annuo infrascripto dandum duximus. Ex quo quidem horto ac domo Fabianus, Anna uxor eius et Zophia Dolynska mater ipsorum census annui florenos quattuor pro festo sancti Martini episcopi ad mensam capitularem dare tenebuntur subque bonorum huiusmodi amissione erunt astricti. Tenebuntur insuper bonorum ac domus conditionem super reddere meliorem sub eadem poena privationis. Post mortem ipsorum hortus cum domo ad mensam capitularem reverti debebit. In quorum omnium etc. Actum et datum in capitulo generali in ecclesia Premisliensi pro festo sancti Ioannis Baptistae celebrato anno Christi Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo.

Andreas Kuruk publicus et venerabilis capituli Notarius manu sua subscripsit.

Or. perg. (B. 25). Na pergaminowym pasku zawieszona uszkodzona pieczęć kapituły na czerwonym wyciśnięta wosku z napisem w otoku: S CAPITVLI PR . . . . . ENSIS MAIVS.

CXXXVI.

Na sejmie w Warszawie 1. Lutego 1578 r.

Stefan król potwierdza dokument Walentego Herburta biskupa przemyskiego wystawiony w Radymnie w dniu 16. Kwietnia 1564 r.

Stephanus Rex Poloniae significamus, exhibitas nobis esse literas pergameneas sub titulo olim Valentini Herborth episcopi Premisliensis continentes in se venditionem duorum molendinorum ad arcem Radimniensem episcopatus Premisliensis spectantium nobilibus Paulo et Petro Dabrowskiem factam salvis tamen omnibus emolumentis, oneribus, censibus et obventionibus episcopis

Premisliensibus reservatis. Supplicatumque est nobis, ut in eiusmodi venditionem molendinorum consentiremus eamque approbaremus. Quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Tu następuje dokument Walentego Herburta biskupa przemyskiego wystawiony w Radymnie 16. Kwietnia 1564 r. (powyżej nr. CXXIX), poczem:

Nos itaque supplicationi eiusmodi benigne anuentes, consenciendum illamque approbandam duximus easdemque literas originales gratas habemus. In cuius rei fidem etc. Datum Warschawiae in conventione regni generali die prima mensis Februarii anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, regni nostri anno secundo.

Stephanus rex subscripsit. Ioannes Drohoiowsky subscripsit.

Or. perg. (III. 30). Na sznurkach jedwabnych koloru żółtego, niebieskiego i bronzowego zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta pieczęć królewska większa.

CXXXVII.

W Brzozowie 8. Września 1578 r.

Albert Sobiejuski ze Staroźrebów biskup przemyski potwierdza dokument Walentego Herburta biskupa przemyskiego w Brzozowie wydany na d. 20. Grudnia 1570 r.

Albertus Sobieiusky a Stharozreby episcopus Premisliensis significamus, quia cum exhibuisset nobis litteras generosus Nicolaus Czebrzyk scultetus in villa nostra Lvbatowa ab antecessoribus nostris concessas, postulavit, ut litteras approbare dignaremur. Quarum literarum tenor sequitur et est talis.

Tu następuje dokument Walentego Herburta biskupa przemyskiego wydany w Brzozowie 20. Grudnia 1570 r. (powyżej nr. CXXXIV), poczem:

Nos itaque literas praedictas approbamus. Insuper ius advitalitatis in his omnibus praedicto privilegio insertis praedicto Nicolao Czebrzik et consorti illius legittimae Annae et filio eius Ioanni ascribimus, promittentes, quam diu Nicolaus Czebrzyk et uxor eius Anna et filius Ioannes supervixerint, neque nos neque successores nostros pro usu proprio ipsos praedictos agros exempturos neque cuiquam eximere permissuros. Post mortem autem istarum trium personarum liberum erit nobis agros eosdem e manibus successorum eorum summa superius expressa numerata redimere. Quorum in fidem etc. Datum Brzozoviae die Lunae octava Septembris anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, praesentibus Valentino ab Urzędow Archidiacono, Hieronimo Bromirski, Foelice a Valle Praelatis et Canonicis Premisliensibus, Ioanne Kowalowsky, Aurelio Gwidenski Familiaribus nostris.

Albertus Sobieiuski a Starozreby
Episcopus Premisliensis manu sua subscripsit.

Or. perg. (III. 27), na sznurkach jedwabnych koloru czerwonego zawieszone dwie na czerwonym wosku wyciśnięte pieczęci, tak znacznie uszkodzone, że znamion rozpoznać nie można.

CXXXVIII.

W Brzozowie 8. Września 1578 r.

Albert Sobiejuski ze Starożrebów biskup przemyski potwierdza przywilej Walentego Herburta byłego biskupa przemyskiego dla Mikołaja Cebrzyka i nadaje mu dożywocie sołtystwa w Lubatowie.

Albertus Sobieiusky a Stharozreby episcopus Premisliensis significamus, quia, cum exhibuisset nobis literas generosus Nicolaus Czebrzyk scultetus in villa nostra Lubathowa ab antecessoribus nostris concessas, postulavit a nobis, ut eas ipsas literas approbare dignaremur. Quarum literarum tenor sequitur et est talis:

Tu następuje dokument Walentego Herburta biskupa przemyskiego z 15. Czerwca 1561 r. (powyżej nr. CXXVIII), poczem:

Nos itaque literas praedictas approbamus. Insuper ius advitalitatis in his omnibus praedicto privilegio insertis praedicto Nicolao Czebrzyk et consorti illius legittimae Annae et filio eius Iacobo ascribimus, promittentes, quamdiu praefatus Nicolaus Czebrzyk et uxor eius Anna et filius illorum Iacobus supervixerint, neque nos nec successores nostros pro usu proprio ipsos de praedicta advocatia exempturos ueque cuiquam homini eximere permissuros. Post mortem autem dictarum trium personarum, si forte nos advocatiam redimere voluerimus, tunc et iuxta summam in privilegio contentam et iuxta moderatam quoque estimationem meliorationis dictae advocatiae talis redemptio esse debebit. Quorum in fidem etc. Datum Brzozoviae die Lunae octava Septembris anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, praesentibus Valentino ab Urzędow Archidiacono, Hieronimo Bromirsky, Foelice a Valle Praelatis et Canonicis Premisliensibus, Ioanne Kowałowsky, Aurelio Gwidensky, Stanislao Czeluzynsky Familiaribus nostris.

Albertus Sobieiuski a Starozreby Episcopus
Premisliensis manu sua subscripsit.

Or. perg. (III. 29), pieczęć kapitulna wraz ze sznurkiem zaginęła, pieczęć biskupia na czerwonym jedwabnym sznurku zawieszona i na czerwonym wosku wyciśnięta tak zniszczona, że już znamion rozpoznać nie można. Na odwrotnej stronie napis: *Reverendissimus Dominus Laurentius Gosliczki Dei gratia episcopus Premisliensis visis et lectis privilegiis, cum recte ex eis informatus esse non posset, censuram et iudicium de praefata scultetia et praedio ibidem existente in aliud tempus distulit, quando scilicet praesens ipse in episcopatu fuerit et per literam suam dominam Czebrzikowa scultetam ad se evocaverit ad ostendendum iterum iura sua scultetialia.*

CXXXIX.

W Brzozowie 8. Września 1578 r.

Albert Sobiejuski biskup przemyski potwierdza dokument Kazimierza Wielkiego wydany w Krakowie 22. Maja 1359 r.

Albertus Sobieiuski a Starozreby episcopus Premisliensis significamus, quia cum exhibuisset nobis literas nobilis Andreas Oziemblowski scultetus villae nostrae Czergowa a Kazimiro Rege Poloniae concessas, quarum litterarum tenor sequitur.

Tu następuje dokument Kazimierza Wielkiego wydany w Krakowie 22. Maja 1359 r. (powyżej nr. II), poczem:

Nos itaque has literas renovandas duximus, insuper ius advitalitatis in his omnibus praedicto Andreae Oziemblowsky et consorti illius legittimae Annae et filio eorum Mathiae ascribimus. In quarum etc. Datum Brzozoviae die Lunae octava Septembris anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo praesentibus Valentino ab Vrzędow Archidiacono, Hieronimo Bromirski, Foelice a Valle Praelatis et Canonicis Premisliensibus, Ioanne Kowalowsky, Aurelio Gwidensky, Stanislao Czeluzynski Familiaribus nostris.

Albertus Sobieiuski a Starozrebi Episcopus
Premisliensis subscripsit.

Or. perg. (B. 26). Z dwóch pieczęci pozostała tylko pieczęć kapituły na czerwonym wosku wyciśnięta a na sznurkach jedwabnych koloru pąsowego zawieszona, przedstawiająca Matkę Boską z dzieciątkiem na lewej ręce i obok św. Jana z barankiem na prawej ręce w otoku napis: S. CAPITVLI PREMISLIENSIS MAIVS. Na odwrotnej stronie dokumentu: *Literae introcontentae exhibitae coram Rmo. Do. Mathia Pstrokoński Dei gratia episcopo Premisliensi et per suam Ram Paternitatem approbatae. Anno MDC⁰ secundo, die vero 23. Februarii.*

CXL.

W Rzymie 12. Kwietnia 1581 r.

Grzegorz XIII. papież pisze do Łukasza Kościeleckiego biskupa poznańskiego, aby nuncyusza Alberta wspieral.

Gregorius papa XIII. Mittimus nostrum et sedis apostolicae nuncium ordinarium venerabilem fratrem Albertum episcopum ecclesiae Massensis. Cupimus, ut eius verbis omnem fidem

tribuas, cumque eo consilio, auctoritate, opera quam coniunctissimus sis. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XII. Aprilis M. D. LXXX, pontifcatus nostri anno nono.

Ant. Buccapadulius.

Na odwrotnej stronie: *Venerabili fratri Lucae episcopo ecclesiae Posnaniensis*, inną ręką: *oblatae Posnaniae 25. Aprilis 1581.*

Or. perg. (III. 20). Pieczęć odpadła, pozostały tylko wcięcia od pasków.

CXLI.

W Brzozowie 29. Listopada 1600 r.

Wawrzyniec Goślicki biskup przemyski pozwala swej kapitule wykupić z rąk Pawła Sarnowskiego sołtystwo w starym i nowym Domaradzu.

Lavrentivs Goslicky episcopus Premisliensis significamus, quia nos paucitatem residentium capitularium ob exiguos proventus eidem capitulo servientes considerantes tum et supplicationibus canonicorum factis annuentes, ut proventum aliquem ad quotidianas refectiones eisdem distribuendas ex bonis episcopalibus iure fundationis perpetuae augendum eisdem assignare dignaremur, quoniam vero generosus Paulus Sarnowsky habens a nobis et capitulo nostro de data Premisliae die vigesima prima mensis Iunii anno domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono in generali capitulo pro festo Nativitatis sancti Ioannis Baptistae celebrato concessum sibi ius extenuationis summae duorum millium et noningentorum florenorum pecuniae communis monetae et numeri Polonicalium expositae in exemptionem Ioannis Iankowsky de scultecia antiquae et novae Domaradz in districtu Sanocensi sittae et de emethonibus ab olim Valentino Herborth episcopo Premisliensi apud patrem praedicti Ioannis Iankowsky invadiatis, tum et super litis apensas cum supradicto Ioanne Iankowsky per annos ferme sex continuos in diversis instantiis continuatas per eundem Sarnowsky factas. in quibus iuditiis, tribunalibus idem Iankowsky rebellis et inutilis scultetus pronunciatus. scultetia abiudicatus est, salvis illius summis pecuniariis in eius privilegio descriptis, ius hoc idem extenuationis suprascriptae summae praefatae taediosum ac sibi molestum habens, petiit a nobis concedi sibi facultatem transfundendi iuris sui in aliquam personam nobilem saecularem. Nos consensum ad id nostrum eidem denegavimus praecavendo, ne in manus eiusmodi personarum, quas ille nominavit, bona ecclesiastica et subditi deveniendo angariarentur et ne maiores difficultates nobis accrescant, sed ut ius suum in personas spirituales transfundat, eundem Paulum Sarnowsky induximus id sub conditionibus infrascriptis nobis concedentem, ut praefatum capitulum impensas illius in reformationem scultetiae per eundem Sarnowsky factas, per nos taxando ad octingentos florenos liquidatas simul cum capitali summa duorum millium et noningentorum florenorum eidem numerent. Proinde nos scultetiam praefatam et emetones in obligatione existentes capitulo nostro Premisliensi dandam esse duximus eademque bona de manibus Sarnowsky eximenda concedimus. Etiam nunc in eadem bona capitulo Premisliensi damus realem intromissionem per ministerialem terrestrem quemcunque sibi

ad id capitulum duxerit eligendum. In quorum omnium etc. Datum Brzozoviae in vigilia sanctj Andreae apostoli alias vigesima nona Novembris anno domini millesimo sexcentesimo.

Idem qui supra Episcopus manu propria
subscripsit.

Or. perg. (*C. 1*). Pieczęć zawieszona na peli koloru pąsowego odpadła. Na odwrotnej stronie: *anno domini M°DCI Mercurii die X^a^ Januarii privilegium introscriptum Reverendissimus Dominus episcopus Premisiensis ad acta consistorii inscribendum obtulit in pra sentia Reverendi Domini Stanislai Mieskowski Canonici et Officialis aliorumque testium, prout in actis habetur, et notarii publici.*

Ioannes Crosnensis
Nottarius manu sua scripsit.

CXLII.

W Przemyślu 1. Stycznia 1601 r.

Stanislaw Mieskowski kanonik, kaznodzieja i officyał przemyski puszcza Byskowice (Buszkowice) prawem dożywotniem Stanisławowi Stramsowiczowi doktorowi medycyny i jego żonie Dorocie.

Stanislaw Mieskowski canonik, kasznodzieia y official przemiski, wyadomo czinie, isz sliachetny pan Stanislaw Stramsouicz medicine doctor wydzacz upadłe dobra kosczielne wszi Byskowicz wolia swoie ziczliwa do rathunku dobr opowiedzyal. Stich prziczin, aby dobra Biskowskie z grunthu nieupadły, w arende dwoyga doziwotnia roszdzielnego Stanisławowi Stramseuiczowy y paniei Doroczie malzoncze iego pozwolilem. Condicye, które pan doktor Stanislaw albo pany Dorotha, gdzie by on w tich czasiech umarl, ma wykonacz, the szą: naprzod trzi zagrodi puste Puczayowską, Pyetrzikowską, Kroliowską domki pobudowawszi znowu y ogrodi ogrodziwszi zagrodnikami swem sumptem osadzicz ma, nad Sanem takze zagrodnika nowego posadzicz bedzie powynien, Thimkowy kmieczіowy dom staroszczią upadly pobudowacz y onego bydłem robothnym załozicz, takze insich trziech kmieczi y zagrodnikow, ktorziby yedno budinku potrzebowały, sumptem swym pobudowacz. Stawki ieden pode dworem a drugi nad Sanem z grunthu wybracz y groblie wysokie wybudowacz, mlinek tham zespustosali postwawicz (*sic*), trzi sadzawki pode dworem z grunthu takze wybracz a przed karczmą y druga przed ogrodem wedlug potrzebi naprawicz. Plothi okolo ogrodow postawicz, rynny nowe na dom zawliecz y domowe ruyni opatrzicz, pywnicze za pierkania (*sic*) zawaliona zbudowacz, pszczelnik opasieczicz y pszczolamy osadzicz, parkani okolo dworu nowe postawicz, blony sklane w ziszbach y w kownatach naprawicz, piecze w yzbach dac porobicz y insze domowe upadki naprawycz. Nadtho ysz kaszdi doziwothnik na kaszdi rok na dzien swietego Piotra Pawla apostołow poczawszi od dnia dathi dzisieisey X. kaznodzicii po sthu dwudziestu zlothich monethi liczbi polskici, kasdi zlothi po trzidzieszci groszi polskich liczacz, dawacz powynni bedą a dwie kłodzie zitha, stiri faski masla dobrego, trzi kopi syra, korzecz grochu, krup tatarczanich y ieczmiennich po korczu,

dwa połczia mięssa albo wieprza wychowalego, tlustich kaplunow sesznaszcie, geszi dziesiec tucznich y iarzin ogrodnich czibulie, marchwie, kapusti po iednemu zagonowi na wigilią Bozego narodzenia oddawacz będą powinni pod zakladem. Waruiacz tho X. kaznodzieia, isz on sam albo successor iego bedą doziwothnikow bronicz thim obiczayem, abi on doziwothnik pozwi wrecze kaznodziey oddal, nad tho ani przedacz dobr Biskowskich any na ynse zamiany czinicz asz po smierci doziwotnich osob nie beda mogli czinicz, gdziebi obadwa doziwotniczi do liath dziesiaczi stego swiatha zesly, thede kaznodzieia iednemu dzieczieczziu spothomstwa Stanislawa doctora doziwoczie dacz; a yesli kaznodzieia stolecz kaznodzieiski opusczicz albo umarl, thedi pralaczi, nym nastapi kaznodziea, beda powinni dosicz czinicz doziwocziu albo po zesczziu doziwothnikow w dziesieczi lyath za zbudowanie dworu pothomkom pana doctora pieniadzmy odłozicz albo trzeczicmu doziwotnikowi z liniyei pana doctora doziwoczie dacz, a yesli bi trzeczi doziwotnik tho imienie trzimal, thedi po zeszciu iego nie powien bedzie X. kaznodzieia zadnich nagrod czinicz, alie zgola tho imienie Biskowicze obyacz, zachowawszi w czasie pothomka ich przy swyklei rumacyei niedziel dziewiczi, tak ze mu bedzie wolno czasu rumacyei zboza, bidlo zostawiwssi, krow dziesiec doinich z buhaiem, swiny tak iako y pszczol uliow dziesięcz z pszczołami wywiescz, ribi oprocz drobu wiłowicz, poddanich do niezwiczainich roboth nie beda czisnacz any ym rol zamieniacz, tak ze czinsow nyepodwysacz. Ja thedi Stanislaw Mieskowski Stanislawowi Stramsoniczowi y małzoncze iego Doroczie prawem doziwothnim dwoye roszdzielne doziwoczie y myenie Byskowskie zapisuyę y iusz zarasz przez pysarza yawnego X. Jana Krosna pusczam. Przetho thy condicye obie stroni obowiczayą sie pelnicz pod zakladem pyączyu seth grziwyen. Działo się we dworze kaznodzieiskym w Przemisliu dnya pyrwszego Sthycznya roku panskiego thisyacznego seszczsethnego pyrwszego.

Według transsumtu kapituły przemyskiej wystawionego w Przemyślu 1. Stycznia 1601 r. (poniżej nr. CXLIII).

CXLIII.

W Przemyślu 1. Stycznia 1601 r.

Kapituła przemyska potwierdza dokument Stanisława Mieskowskiego kanonika przemyskiego wydany w Przemyślu tego samego dnia.

Georgius Braneczki praepositus, Paulus Zaiączkowski archidiaconus, Adamus Laurentius Loieczki cantor, Martinus Brzeski custos, Foelix de Valle, Martinus Nagorka, Ioannes Sidloviensis canonici ecclesiae Premisliensis in generali capitulo pro festo circumcisionis domini in anno ab orbe redempto millessimo sexcentesimo primo congregati significamus, exhibitas nobis esse per R. Stanislaum Miezkowski etiam canonicum et eiusdem ecclesiae praedicatorem ordinarium litteras contractus arendae advitalitatis villae Byskowicze facti cum nobili Stanislao Stramszevio medicinae doctore et nobili Dorothea coniuge sua scriptas idiomate Polonico, supplicatum est nobis, ut eas approbare dignaremur. Quarum series verborum est ista:

Tu następuje dokument Stanisława Mieskowskiego kan. przemyskiego wydany w Przemyślu 1. Stycznia 1601 r. (powyżej nr. CXLII), poczem:

Quas quidem literas nos supra nominati praelati approbamus. Actum et datum in loco nostrae capitularis residentiae in crastino Circumcisionis Domini anno et die temporeque quo supra, praesentibus honorabilibus Alberto Goreczki vicedecano, Simone Barankowicz, Iacobo a Sądecz, Alberto a Lezeysko ecclesiae eiusdem cathedralis Premisliensis Vicariis et me Nicolao Thoma Zolthowski actorum capitularium ecclesiae cathedralis Premisliensis Notario.

Paulus Zaiączkowski Archidiaconus Praemisliensis manu sua suo et universi venerabilis capituli nomine subscripsit.

Stanislaus Myeskowski canonicus Concionator ordinarius ecclesiae Praemisliensis manu propria subscripsit.

Nicolaus Thomas Zolthowski actorum ecclesiae cathedralis Praemisliensis Notarius mp. subscripsit.

Or. perg. (III. 18). Z dwóch pieczęci pozostała tylko pierwsza wyciśnięta na czerwonym wosku a na jedwabnym sznurku koloru pąsowego zawieszona, tak zatarta, że nic na niej rozpoznać nie można.

CXLIV.

W Przemyślu 2. Stycznia 1601 r.

Wawrzyniec Goślicki biskup przemyski darowuje swej kapitule 3700 złp. na wykupienie soltystwa w starym i nowym Domaradzu z rąk Pawła Sarnowskiego.

Laurentius Goslicky episcopus Premisliensis sculteciam in villa antiquae et novae Domaradz ac certos emethones de manibus Ioannis Iankowsky per olim Herborth episcopum Premisliensem obligatam et a multis annis invadiatam vigore decreti inditii ordinarii generalis regni tribunalis Lublinensis pro parte nostra contra eundem lati de consensu nostro ac capituli fratribus pro tunc ad exemptiouem eorundem bonorum summis peccuniariis carentibus per generosum Paulum Sarnowsky in extenuationem ad annos certos exemptam, capitulo Premisliensi de manibus eiusdem Pauli Sarnowsky libere iure suo cedere volentis, ut redimant ac pro distribuendis reffectionibus quotidianis utantur, permisimus. Quoniam vero ob inopiam capitularium scultetiam usque ad huc non esse exemptam comperimus, summam trium millium et septingentorum florenorum peccuniae communis monetae et numeri Polonicalium ad exemendam scultetiam illis donare decrevimus, prout iam exnunc in facie totius capituli die hodierna dedimus ad repetitionem eiusmodi summae de manibus capituli viam penitus nobis praecludendo, conditionibus infrascriptis salvis in toto, nempe ut residentes capitulares teneantur in quolibet quartuali primo die festo duplici vel semiduplici non impedito alias sequenti una cum vicariis durante vita nostra missam unam cantabilem de S. Trinitate cum colecta pro peccatis absolvere, post mortem autem pro anima nostra anniversarium cum vigiliis peragere et decantare teneantur sintque adstricti; ratione vero eiusmodi onerum circa

quemlibet anniversarium de proventibus bonorum scultetiae viccariis unum florenum monetae Polonicalis singulis vicibus solvere tenebuntur. Item concionatori ordinario ecclesiae florenos quinquaginta Polonicalis monetae, concionatori pomeridiano triginta annuatim dabunt; quiquidem concionatores qualibet dominica prima cuiusvis quartualis nos in concionibus suis orationibus populo commendare tenebuntur. Id ipsum facient quolibet festo s. Laurentii Levitae et s. Martini pontificis pro vita et anima nostris. Dabunt praeterea singulis annis ex eadem pensione rectori scholae Premisliensis florenos triginta, cantori item cum adolescentibus in ecclesia eadem cantantibus florenos viginti, organario quoque florenos sedecim, hospitali Premisliensi florenos triginta, hospitali Radimnensi florenos decem, hospitali Brzozoviensi florenos decem monetae et numeri Polonicalis singulis annis pro festo Paschae capitulum numerabit, residuum vero proventum pro se convertet, ita tamen ut, si quis non residens ad ecclesiam venerit, illius diei refectione gaudeat. Nihilominus et absentes quoque hoc fundationis beneficio gaudeant, quoties ad generale capitulum celebrandum convenerint, singulis praesentibus venientibus in divisionem quinque floreni cedere debent. Quae omnia capitulares tenebunt sub reatu mortalis peccati ac penis excommunicationum aliarumque pecuniariarum per archiepiscopum Leopoliensem imponendarum et via agendi pro eis reservata ad quodcunque forum consanguineus natu maior ex familia nostra propinquior praefatum capitulum trahere voluerit. In cuius ordinationis damus in tutorem archiepiscopum Leopoliensem, tum etiam ex consanguineis de linea paterna familiae nostrae proximiorem aetate seniorem. Quippequi facultatem habebunt admonere et in ius cuiuscunque iuditii canonicos ordinationi nostrae non satis facientes vocare praesentium literarum nostrarum manu et sigillo nostris propriis obsignatarum vigore mediante. Actum et datum Premisliae in curia nostra episcopali sub tempus celebrationis capituli generalis in crastino festi Circumcisionis Domini anno eiusdem millesimo sexcentesimo primo.

Laurentius Goslyczky Dei gratia Episcopus
Premisliensis manu propria.

Or. perg. (C. 3). Na peli koloru pąsowego zawieszona pieczęć wyciśnięta na czerwonym wosku przedstawiająca herb Goślickiego Grzymalę z napisem w otoku: LAURENTIUS GOSLICZKY EPISCOPUS PREMISLIENSIS. Na odwrotnej stronie dokumentu napis: *Anno Domini M°DC° Mercurii die, X^a Januarii privilegium introscriptum Reverendissimus Dominus Episcopus Premisliensis ad acta eiusdem consistorii praesente Reverendo Domno Stanislao Mieskowski canonico, vicario in spiritualibus et officiali generali aliisque testibus et notario publico prout in actis habetur ad praemissa testibus.* *Joannes Crosnensis nottarius manu sua propria subscripsit.*

CXLV.

W Brzozowie 17. Marca 1601 r.

Wawrzyniec Goślicki biskup przemyski zapisuje kaznodziejom katedralnym dochody sołtystwa wsi Domaradza.

Laurentius Goslicky episcopus Premisliensis significamus, quomodo considerantes concionatores ecclesiae cathedralis proventus habere tenues, reverendo domino Stanislao Mieskowsky cano-

nico et concionatori ordinario antemeridiano et domino Simoni Skarzynsky mansionario et concionatori pomeridiano ecclesiae Premisliensis praesentibus et in posterum futuris concionatoribus de bonis ac fructibus scultetiae in villa Domaradz episcopatus nostri sittae et nostra pecunia propria redemptae eisdem dandum esse duximus, ea ratione, quod capitulum Premisliense per suum capitularem procuratorem ex eiusdem scultetiae proventibus concionatori ordinario quinquaginta florenos monetae et numeri Polonicalis et concionatori pomeridiano triginta florenos singulis annis pro festo Resurrectionis dare tenebitur sub excommunicationis poenis. Ratione cuius donationis concionatores ambo ex ambona populum ad orandum Deum pro vita et anima nostris excitabunt. Quas in eorum fidem omnium ac testimonium etc. Datum Brzozoviae die decima septima mensis Martii anno domini millesimo sexcentesimo primo, praesentibus ut in actis.

Idem qui supra Episcopus manu propria
subscripsit.

Or. papierowy (III. 34). Pieczęć biskupia wyciśnięta w czerwonym laku na papierze.

CXLVI.

W Brzozowie 7. Czerwca 1602 r.

Maciej Pstrokoński biskup przemyski zatwierdza dwa dokumenta Wawrzyńca Goślickiego biskupa przemyskiego, z których pierwszy wystawiony w Brzozowie 29. Listopada 1600 r. a drugi w Przemyślu 2. Stycznia 1601 r.

Mathias Pstrokonski episcopus Premisliensis significamus, exhibitas nobis fuisse literas binas pargameneas supplicatumque nobis, ut easdem confirmare dignaremur. Quarum priorum tenor sequitur et est talis:

Tu następuje dokument Wawrzyńca Goślickiego biskupa przemyskiego wydany w Brzozowie 29. Listopada 1600 r. wydrukowany powyżej nr. CXLI, poczem:

Secundarum vero literarum tenor sequitur huiusmodi:

Tu następuje dokument Wawrzyńca Goślickiego biskupa przemyskiego wydany w Przemyślu 2. Stycznia 1601 r. wydrukowany powyżej nr. CXLIV, poczem:

Nos itaque Mathias Pstrokonski praeinsertas utrasque literas approbamus roburque perpetuae firmitatis eisdem attribuimus praesentibus literis nostris, quas ob maiorem fidem et evidentius testimonium manu propria subscriptas sigillo nostro communiri mandavimus. Datum Brzozoviae die septima mensis Iunii anno Domini millesimo sexingentesimo secundo, praesentibus Mathia Lubienski curiae nostrae Cancellario, Gnesnensi, Mathia Starzynski Posnaniensi, Gasparo Rozynski Premisliensi Canonicis, Adamo Podgorny iuris utriusque Doctore, Bartholomaeo Pierzchala actorum

Notario, Ioanne Grzymala, Martino Koscieski Praefecto nostro Radimnensi, Ioanne Zapolski, Ioanne Osieczkowski, Sbigneo Bobrownicki.

Matthias Episcopus Premisliensis subscripsit.

Or. perg. (C. 4), składający się z dwóch arkuszów niegdyś sznurkami, na których była pieczęć, zeszytych, obecnie po odpadnięciu pieczęci luźnych.

CXLVII.

W Krakowie 14. Czerwca 1602 r.

Zygmunt III. zatwierdza dokument Macieja Pstrokońskiego biskupa przemyskiego wystawiony w Brzozowie 7. Czerwca 1602 r.

(*Sigismundus*) Tertius Rex Poloniae etc. significamus productas coram nobis fuisse literas pergameneas Mathiae Pstrokonski episcopi Premisliensis manu eiusdem subscriptas sigilloque communitas continentes in se confirmationem privilegiorum duorum a Laurentio Gosliczki olim episcopo Premisliensi concessorum, quorum prius continebat in se, quomodo idem Laurentius Gosliczki concessit facultatem capitulo Premisliensi scultetiam in antiqua et nova Domaradz de manibus nobilis Pauli Sarnowski exemendi in ususque mensae suae capitularis convertendi, alterum vero ad exemptionem praefatae scultetiae de manibus dicti Pauli Sarnowski pecuniariae sumae videlicet trium millium et septingentorum florenorum Polonicalium per praefatum Laurentium Gosliczki eidem capitulo perpetuam donationem, tum etiam redituum ex eadem scultetia annuatim provenientium dispositionem supplicatumque nobis esse, ut praememoratas literas ut supremus ecclesiarum in hoc regno patronus approbare dignaremur. Cui supplicationi annuentes, literas approbamus. In cuius rei fidem etc. Datum Cracoviae die decima quarta mensis Iunii anno Domini millesimo sexcentesimo secundo.

Sigismundus Rex [1]).

Or. perg. (C. 5). Na sznurkach jedwabnych koloru żółtego, niebieskiego, zielonego i białego zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta pieczęć królewska tak zatarta, że znamion rozpoznać nie można.

---

[1]) Po prawej ręce drugi podpis bardzo nieczytelny.

CXLVIII.

W Krakowie 29. Maja 1605 r.

Maciej Pstrokoński biskup przemyski, podkanclerzy koronny pozwala Zbigniewowi Zapolskiemu wykupić z rąk spadkobierców Aurelego Gwidyńskiego soltystwo w Bliznie i daje mu je prawem dożywocia.

Matthias Pstrokonski episcopus Premisliensis, Regni Poloniae vicecancellarius, significamus, fecisse nos potestatem generoso Sbigneo Zapolski, praefecto nostro Brzozoviensi, ut possit advocatiam in villa nostra Blizne nec non molendinum cum attinentiis Plosinski dictum et agrum Kosmidrowski cum attinentiis et certis colonis in privilegio olim Ioannis Borukowski episcopi Premisliensis [1]) specificatis de manibus heredum nobilis olim Aurelii Gwidinski redimere, ita quod advocatiam cum omnibus iuribus nec non molendino Plosinski et agro Kosmidrowski dicto cum duobus colonis Wargocz et Boczek atque uno hortulano Moralecz dicto iuxta privilegia felicis memoriae Alberti Sobieiuski de Starozrzeby et Ioannis Borukowski de Bilino episcoporum Premisliensium eidem Aurelio Gwidinski concessa teneat ad extrema vitae suae tempora. Promittimus autem, quod quamdiu Zbigneus Zapolski in vivis fuerit. eum nos a possessione advocatiae non amoturos, iuribus nostris et ecclesiae salvis. In cuius rei fidem etc. Actum et datum Cracoviae die vigesima nona mensis Maii anno domini millesimo sexcentesimo quinto, praesentibus reverendis Merthico (!) Secretario S. R. M., Alberto et Stanislao Lubinskie Canonicis Gneznensibus, Ioanne Wezyk Canonico Wladyslaviensi nec non nobilibus Ioanne Grzymala, Ioanne Iaslikowski cancellariae S. R. M. Notariis, Ioanne Zapolski, Stanislao Oziemblowski, Stanislao Starczewski. Matthias Episcopus Premisliensis, R. P. Vicecancellarius. Iacobus Zapolski Decanus Premisliensis praesidens suo et totius capituli nomine.

Wedlug transsumtu Zygmunta III. wydanego w Krakowie 12. Kwietnia 1608 r. (poniżej nr. CXLIX).

CXLIX.

W Krakowie 12. Kwietnia 1608 r.

Zygmunt III. zatwierdza dokument Macieja Pstrokońskiego biskupa przemyskiego, podkanclerzego koronnego wydany w Krakowie 29. Maja 1605 r.

Sigismundus Tertius Rex Poloniae etc. significamus, oblatas nobis fuisse literas pro parte generosi Zbignei Zapolski servientes sigillis domini Matthiae Pstrokonski episcopi Premisliensis et

[1]) Joannes de Bylino Borukowski herbu Junosza biskup przemyski 1560—1562.

R. P. vicecancellarii, altero capituli ecclesiae eiusdem munitas et manibus tam praefati episcopi, quam et Iacobi Zapolski decani Premisliensis subscriptas, supplicatumque nobis est, ut easdem approbare dignaremur. Earum vero litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis:

Tu następuje dokument Macieja Pstrokońskiego biskupa przemyskiego i podkanclerzego koronnego wydany w Krakowie 29. Maja 1605 (powyżej nr. CXLVIII), poczem:

Cui supplicationi annuentes, praeinsertas literas approbamus atque in eius rei fidem etc. Datum Cracoviae die XII mensis Aprilis anno domini M. DC. VIII°, regnorum nostrorum Poloniae XXI, Sveciae vero anno XV.

Sigismundus Rex. Stanislaus Lubienski.

Or. perg. (III. 13), pieczęć wraz ze sznurem odpadla.

CL.

W Krakowie 20. Grudnia 1608 r.

Maciej Pstrokoński z Buzenina biskup przemyski, wielki kanclerz koronny, darowuje swej kapitule wsie Cergowę i Jasionkę.

Matthias Pstrokonski de Buzenin episcopus Premisliensis, supremus regni Poloniae cancellarius, significamus, nos villas mensurae nostrae Czergowa cum praedio et Iasionka praelatis et canonicis ecclesiae Premisliensis, advocatiis tantummodo exceptis, quas nostrae et successorum nostrorum dispositioni quemadmodum et ius conferendae parochiae in villa Iasionka relinquimus, dandas esse duximus et damus. Ratione cuius donationis canonici summa omnium redittuum mensae suae tam ex Dolinensi praepositura, quam Domaradzensi advocatia atque etiam villarum istarum Czergowa et Iasionka annuis elocationibus tum et pensione Crosnensi atque ex episcopalibus proventuum collectam tenebuntur omnes proventus in usus quotidianarum distributionum convertere, inprimis vero ex proventibus villarum Czergowa et Iasionka praelato vel canonico hebdomadario divina officia ex ordine septimanae suae absolventi duo floreni Polonicales cedere debebunt, reliqui autem proventus ita distinguantur, ut qualibet septimana tanta pecuniae quantitas inter residentes canonicos distribuatur, quanta totius anni respectu proportione ducta summam omnium capitularium proventuum efficeret. Quam quidem donationem nostram ratam habemus. In cuius rei fidem etc. Datae Cracoviae die XX mensis Decembris anno Domini MDCVIV [1]), praesentibus Matthia Lubienski Praeposito Lanciciensi et Canonico Gnesnensi, Stanislao Lubienski Cantore Gnesnensi, Varsoviensi, Iacobo Zapolski Premisliensi Decano, Iacobo Zadzik Gnesnensi, Crussiciensi Canonicis, Ioanne Cienski, Stanislao Oziemblowski, Samuele Targowski, Paulo Tarnowski, Ioanne Grzymala, Abrahamo Zapolski. Matthias Episcopus Premisliensis regni Poloniae Cancellarius mpa. Loca † sigillorum.

Według transsumtu Piotra Gembickiego biskupa przemyskiego wydanego w Przemyślu 26. Czerwca 1640 r. (poniżej nr. CLX).

---

[1]) Rozwiązuję liczbę tę na 1608 przypuszczając, że dwie ostatnie kreski niestosownie złączono na V.

CLI.

W Przemyślu 4. Czerwca 1611 r.

Stanisław Mieszkowski, kanonik, kaznodzieja i officyal przemyski puszcza wieś Byszkowice (Buszkowice) dożywociem Dorocie matce i Stanisławowi Stranszewiczowi synowi.

Stanisław Mieszkowski canonik, kaznodzieja i official przemyski, ozneymuję, isz powinność y przedsięwzięcie moie in arendis advitalibus conferendis zadne y insze nie było, ieno abym in meliori conditione dobra kościelne wsi małych Bysskowicz na kaznodzieyski stolecz fundowane pozostawiel. Post resignationem olim Matthiae Wyszemierski concionatoris ordinarii et postea praepositi Premisliensis praedecessoris mei oboiąwszy ie, które dobra wsi Byskowicz thenze X. Maciey Wyszemierski, chcząc ie do pozytkow przywieść, iakosz y przywiodł przesz sliachethnego niekiedy nieboszczyka pana Iana Wolskiego, dzierzawczę dobr zyrawskich, arendę dozywothnią paniey Annie małzoncze iego y synowi Stanisławowi Wolskiemu dawszy im. O czym przywiley od X. Macieia Wyszemierskiego y od wszystkich praelatów capituły przemyskiej anno domini 1587 o thym obmawia. A isz czisz advitales domini przyszedszy do wielkiego vbostwa, do mnie y Ich Mczi Praelatow in generali capitulo przyszedszy anno 1601 die 1. Ianuarii vprosili, aby ius advitalitatis sliachetnemu panu Stanisławowi Stranszewiczowi medicinae doctorowi y sliachetney paniey Dorocie małzoncze iego za pewną sumę, oczym acta grodzkie y ziemskie przemyskie swiadczą: dwor z inszemi budinkami, ktore Ian Wolski własnym swym sumptem pobudował, przedać wolno i prawo swoie dożywotnie na Stanisława doctora y małzonkę iego Dorothę wlacz. Ia thedy społecznie z Ich M. Praelathi iurium cessionem dopusciłem conditionibus do naprawy y budynkow wsi małych Byszkowicz o czym przywiley ich anno 1601 die 1. Ianuarii dany obmawia, ktorym condiciom doszyć vczyniwszy, nie długo po obięciu dóbr Byszkowskich nova emergentia na dobra Byszkowskie nastąmpiły, a tho dla odięcia mało nie więtszey połowicze grunthow vi et nullo iure przesz pewne sąsiadi y scienniki, za ktorym odięcim gdzieby się było prawem wstrętu przyrzeczonym sąsiadom za nakładem Stanisława doctora nie czyniło, dobra Byszkowskie zginąć by musziały. Sliachetny P. D. Stanisław nakładi i koszti nowe vczynić obieczal iakosz tho przesz iedenascie lath prawo z scienniikami wiodącz pokazał. Przy którym na on czas chęci prosił, abym ia iako haeres społecznie z Ich M. Praelati advitalitatem filio Stanislao Stranszewicz y Małżonce iego Dorocie pozwolił, ea tamen conditione, isz pan doctor Stanislaw de iure suo advitalitatis synowi swemu Stanisławowi vstąmpieł. Vwazając thedy przesłe pana doktora chęci, dożywocie synowi Stanisławowi społecznie z panią Dorothą pozwoliłem, ea tamen conditione, isz będą powinni dawać na każdy rok na dzień trzech królow kaznodziei po stu dwudziestu zlotych monethy liczby polskiej, kazdy zlothy po 30 gr. liczącz, także dwie kłodzie żytha, cztery faszki masła dobrego, trzy kopy szyra, korzec grochu, krup tatarczanych y jęczmiennych po korczu, dwa polcia mięssa albo wieprza wychowalego, tłustych kapłonów szesznaście, gęsi dziesięć thucznych na wigilią Bożego Narodzenia a iarzyn ogrodnych,

cebule, marchwie, kapusti po iednemu zagonowi w iesieni kiedy się zbieraią. Warniącz tho X. Kaznodzieia dozywotnikom, isz on sąm abo successor iego powinni będą od przenagabania bronic, iednak aby dozywothnik pozwy bez omieskania w ręcze kaznodziei oddał. A gdzieby dozywotnici przed dwudziestą lath obadwa z świata zeszli, thedy dotrzymać ma thyle lat trzeci pothomek pana Doctorow asz wynidzie rok dwudziesty od dathi thego przywileiu. A po dwudziestu lath, gdzieby zeszli dozywotnici, thedy X. kaznodzieia zadnych nagrod za budowanie dworu czynić nie będzie powinien, ale zgola Byszkowicze z rąk potomkow dozywotnikow obiąc. Zachowawszy pothomka niedziel dziewiąci tak, że mu będzie wolno czasu rumatiey zboża, bydlo zostawiwszy, krow dziesięć doynych z buhaiem, swini y pszczol vlow dziesięć wywieść, y sprzęth domowy uprzątnąć, ryby oprócz drobu wyłowić. Poddanych do niezwyczaynych roboth nie będą ciszną, ani im rol zamieniać, także czynszow nie podwyszsać. Gdzieby successor X. kaznodzieia Byszkowicz na swą osobę do trzymania potrzebował, thedy mu wolno z thym dokładem, isz dozywotnikom po wyściu dwudziesthu lath nakład odłozyć pieniądzmi powinien. Ia thedy Stanisław Mieszkowski Dorocie Doctorowej, także synowi iey Stanislawowi prawem dozywotnim imienie Byszkowskie w uzywanie podaię, insz zaraz przesz pisarza iawnego X. Iana Crosna pusczam. Przetho the condicie obie stronie obowięzuią się visczie pod zakładem piąciseth grzywien, który zaklad zaplaciwszy, przecię onę rzecz sobie zyścić będą powinni. Działo się w Przemyślu we dworze kaznodzieyskim w Sobothę po ś. Troyczy roku pańskiego thysiącznego sześćszethnego jedenastego.

Według transsumtu wydanego przez kapitulę przemyską dnia 24. Czerwca 1611 r. (poniżej nr. CLII).

CLII.

W Przemyślu 24. Czerwca 1611 r.

Pawel Zajączkowski archidyakon i inni prałaci przemyscy zatwierdzają dokument Stanisława Mieszkowskiego kan. przemysk. wystawiony w Przemyślu 4 Czerwca 1611 r.

Paulus Zaiączkowski archidiaconus, Adamus Laurentius Loieczki cantor, Martinus Brzeszki custos, Stanislaus Mieszkowski, Gasparus Rozynski, Adamus Podgornius I. V. D., Matthaeus Kurkowicz canonici ecclesiae cathedralis Premisliensis in generali capitulo pro festo s. Ioannis Baptistae anno ab orbe redempto millesimo sexcentesimo undecimo congregati significamus, exhibitas nobis esse literas supplicatumque est nobis, ut eas approbare dignaremur. Quarum est tenor talis:

Tu następuje dokument Stanisława Mieszkowskiego kanonika przemyskiego wydany w Przemyślu 4. Czerwca 1611 r. (powyżej nr. CLI), poczem:

Quasquidem literas nos supranominati praelati et canonici approbamus. Actum et datum in loco nostrae capitularis residentiae anno et die temporeque quo supra, praesentibus Iacobo a Szandecz Vicedecano, Simone Barankowicz Vicecustode, Matthaeo Colacouio Nottario publico, Vica-

riis ecclesiae cathedralis Premisliensis, Ioanne Truscouio Mansionario et Vicario capituli Premisliensis. In cuius rei fidem etc.

Paulus Zaiączkoski archidiaconus Premisliensis subscripsit.

Martinus Brzeski custos Premisl. manu propria.
Caspar Rozynius can. Premisl. manu propria.

Mattheus Curcowicz can. Prem.
Adam Podgornius can. Prem. et praebend. Prem.

U dołu po prawej niżej od innych podpisów lecz nie pod nimi:

Stanislaus Mieskowski canonicus, concionator ordinarius et vicarius in spiritualibus, officialis generalis Premisliensis manu propria subscripsit.

Or. perg. (III. 26), dolny brzeg odcięty, śladu pieczęci nie ma. Na odwrotnej stronie: *S. D. Susceptum in acta castrensia capitanealia Premisliensia feria quinta post festum Visitationis Beatissimae Mariae Virginis proxima anno domini 1611.*

Nobilis ac excellens Stanislaus Stramszewicz medicinae doctor praesentibus Stanislao Mieszkowski officiali generali et concionatori ordinario Premisliensi, Adamo Laurentio Loieczki cantore Premisliensi et canonico Leopoliensi. Quiquidem Stanislaus Mieszkowski et Adamus Laurentius Loieczki recognoverunt, quod has literas approbant.

Adamus Laurentius Loieczki C. P. L.

Stanislaus Mieskowski Concionator ordinarius et officialis Premisliensis subscripsit.

Cały ten ustęp przekreślony z dopisem: *acticata.*

CLIII.

W Rzymie 23. Grudnia 1615 r.

Papież Paweł V. nadaje różne odpusty członkom bractwa przemyskiego pod wezwaniem Bożego Ciała zostającego.

Paulus P. P. V. Cum in ecclesia cathedrali Premisliensi una utriusque sexus confraternitas sub invocatione sanctissimi Corporis Christi non tamen pro hominibus unius specialis artis canonice instituta existat, nos omnibus, qui confraternitatem imposterum ingredientur, die primi eorum ingressus, si Eucharistiae sacramentum sumpserint, plenariam, nec non eisdem confratribus et consororibus in cuiuslibet eorum mortis articulo, si vere penitentes ac sacra communione refecti, vel saltem vere nomen Iesu ore, si potuerint, sin autem corde invocaverint, etiam plenariam, ac eisdem penitentibus ac sacra communione refectis, qui confraternitatis ecclesiam in die festo sanctissimi Corporis Christi a primis vesperis usque ad occasum solis diei huiusmodi singulis annis visitaverint et ibi pro Christianorum principum concordia, haeresum extirpacione ac sanctae Matris ecclesiae exaltatione preces effuderint, plenariam indulgentiam concedimus. Qui officiis divinis ac processionibus confraternitatis interfuerint, centum dies, et qui feria sexta cuiuslibet hebdomadis praedictam

ecclesiam visitaverint, et ibi oraverint, centum dies, qui vero sanctissimum Sacramentum, tum cum ad infirmos, quam alias ubicunque defertur, cum lumine vel sine lumine comitati fuerint, septem annos et totidem quadragenas, ac parochis et omnibus, qui Sacramentum cum lumine vel sine lumine comitati fuerint, quinque annos et totidem quadragenas, et iis, qui impediti fuerint, si semel orationem dominicam salutationem angelicam recitaverint, centum dies; insuper mulieribus, quae iusta de causa Sacramentum comitatae non fuerint, semel orationem dominicam et salutationem angelicam recitando et pro infirmo preces fundendo similiter centum dies. ac confratribus et consororibus, qui locum, ubi Sacramentum asservatur. in feria quinta in Coena Domini visitaverint et, ut praemissum est, oraverint, centum dies de iniunctis eis penitentiis relaxamus. Volumus autem, ut si confratribus alia indulgentia per nos concessa fuerit, praesentes nullae sint, etiam si confraternitas alicui archiconfraternitati aggregata iam sit vel aggregetur, priores et quaevis aliae litterae apostolicae illis nullatenus suffragentur, sed ex tunc eo ipso prorsus nullae sint. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XXIII. Decembris M. D. C. XV, pontificatus nostri anno undecimo.

U dołu po prawej stronie:

Praesentes confraternitatis Sanctissimi Corporis Christi literas a S^mo^ D. N. Paulo V. Pont. Max. ad instantiam nostram obtentas nonmodo admittimus, verum etiam publicari et exequi, idque a R. D. officiali nostro generali Premisliensi D. Stanislao Miescouio Sanctae Theologiae Doctore volumus et praecipimus. Stanislaus Sieciński Episcopus Premisliensis.

Or. perg. (III. 31) od lewego ku prawemu bokowi w ukośnym kierunku przecięty, pieczęć oderwana.

CLIV.

W Brzozowie 3. Kwietnia 1621 r.

Jan Wężyk biskup przemyski, administrator opactwa mogilskiego pozwala Annie Cebrzykowej zrzec się przysługującego jej prawa dożywocia na wójtostwie w Lubatowej na korzyść Jana Warzyckiego.

Ioannes Wezyk episcopus Premisliensis, administrator abbatiae Mogilensis, significamus, quod nos singulari in Deum pietate nobilis Ioannis Warzycki adducti faciendum duximus, ut nobili Annae Cebrzykowa facultatem concederemus advocatia et scultetia in villa nostra Lubatowa, quam Anna Cebrzykowa iure advitalitio possidet, in personam Ioannis Warzycki cedere possit: Quae quidem cessio, posteaquam ad acta quaevis castrensia recognita fuerit, vigore eiusdem cessionis eandem advocatiam eodem iure tenebit ad extrema vitae suae tempora, quo Anna Cebrzykowa possedit hisce conditionibus. Inprimis, ut conditiones in privilegiis super eandem scultetiam con-

cessae, quibus recognitio directi dominii nostri cavetur, in eodem quoque privilegio nostro pro expressis habeantur et ad eadem Ioannes Warzycki teneatur. Deinde ut nos ratione eiusdem advocatiae pro directo domino agnoscat coramque nobis ea in parte respondere teneatur. Ad extremum ut, antequam id privilegium nostrum ex capitulo nostro ipsi extradatur, teneatur ad acta castrensia sive Sanocensia sive Premisliensia quartam partem summae, quae ipsi vel successoribus ipsius post cessum seu decessum eius advocatiae exsolvi deberet, realiter remittere eiusque remissionis extractum authenticum capitulo vel nobis reddere. Porro pollicemur neque nos neque successores nostros ipsum ab usu advocatiae amoturos, ipso vero vita functo vel eadem advocatia cedente tres partes solae successoribus ipsius summae legittimae provenientis exolvi debebunt. In quorum omnium fidem etc. Datum in curia nostra Brzozoviensi die III. Aprilis anno Domini MDCXXI.

Ioannes Wezyk
episcopus Premisliensis subscripsit.

Paulus Radoski decanus Premisliensis, scholasticus Sandecensis nomine totius capituli manu sua.

Or. perg. (C. 6). Obydwie pieczęci wraz z paskami odpadły. Na odwrotnej stronie: *Sabbatho post dominicam conductus Paschae proximo A. D. 1625. Ad officium actaque praesentia castrensia Biecensia perveniens nobilis Joannes Warziczki obtulit privilegium introcontentum propter obtinendum robur firmitatis. Quod officium praesens suscepit.*

CLV.

W Brzozowie 30. Kwietnia 1627 r.

Achacy Grochowski z Grochowiec biskup przemyski pozwala Krzysztofowi z Grochowiec Grochowskiemu i Magdalenie z Zakliczyna małżonkom odstąpić prawo swe dożywocia na sołtystwie w Jasionce na rzecz Marcina Gładkiego i Zofii Cebrzykownej małżonków.

Achacius Grochowski a Grochowce episcopus Premisliensis significamus, quia nos generosis Christophero Grochowski de Grochowce et Magdalenae de Zakliczyn coniugibus permittendum esse duximus, uti permittimus, ut possint iure suo advitalicio, quod ipsis super scultetiam in villa nostra Iasionka competit, in personas nobilium Martini Gładki et Zophiae Cebrzykowna coniugum cedere. Qua quidem cessio posteaquam coram actis quibuscunque authenticis per praefatos Grochowskie coniuges in personas memoratas facta fuerit, nos eam ratam habituri sumus. Cuius quidem cessionis vigore scultetiam praefatam in villa Iasionka consistentem tenebunt, quibus vita functis non prius possessione prefatae scultetiae successores ipsorum cedere tenebuntur, quam summa ibidem legitime proveniens illis integre numerata fuerit, iuribus nostris salvis. In cuius rei fidem etc. Actum et datum in Brzozow die ultima mensis Aprilis anno domini millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, praesentibus Ioanne Valentino Sobiewolski Praeposito Premisliensi, Samuele Malicki Praeposito Cancugiensi, auditore causarum nostrarum, Zacharia Nowoszycki Capellano et Notario causarum nostrarum,

Christophero Grochowski a Grochowce, Iozepho Latoszynski de Latoszyn, Alberto Mączowski Brzozoviensi, Ioanne Zeliar Iaslicensi Praefectis nostris, Ioanne Roiowski, Martino Brzeski.

Achacius Grochowski episcopus Premisliensis mp. Georgius Grochowski suo et totius capituli nomine.

Or. perg. (C. 7). Na paskach pergaminowych wiszą dwie pieczęci na czerwonym wosku wyciśnięte, pierwsza biskupia przedstawia odcisk herbu Junosza, w otoku napis: ACHACIUS GROCHOWSKI EPISCOPUS PREMISLIENSIS; druga kapitulna już po kilkakrotnie opisywana. Na odwrotnej stronie: *anno millesimo sexcentesimo trigesimo sc(xto)* quarta mensis Iulii in termino exhibitionis privilegiorum in diem hodiernam incidenti praesentes literae, quoniam iuxta iuris formam sunt conceptae et extraditae, per omnia approbamus.

Andreas Szoldrski
episcopus Premisliensis subscripsit.

CLVI.

W Brzozowie 30 Kwietnia 1627 r.

Achacy Grochowski z Grochowiec biskup przemyski nadaje Janowi Warzyckiemu i Jadwidze Krassowskiej małżonkom wójtostwo w Lubatowie prawem dożywocia.

Achacius Grochowski a Grochowce episcopus Premisliensis significamus, quod cum Ioannes Węzyk episcopus Premisliensis, abbas Mogilensis, antecessor noster, providendo bonis advocatiae in villa Lubathowa ob decrepitam aetatem nobilis Annae Cebrzykowa desolatis, consensum suum praefatae Annae dederit cedendi iure suo advitalicio super advocatiam Lubathoviensem sibi servienti in personas nobilis Ioannis Warzycki et Hedwigis Krassowska coniugum, cum praefati Warzyccy ita elaborarint, ut et aedificia restaurarint summaeque quartam partem iuxta constitutiones synodales remiserint, faciendum esse existimavimus, ut eisdem ius advitalitium daremus; quibus vita functis non prius possessione praefatae advocatiae successores ipsorum cedere tenebuntur quam summa ibidem legitime in literis originalibus inscripta integre numerata fuerit, iuribus nostris salvis. In cuius rei fidem etc. Actum et datum in Brzozow die ultima mensis Aprilis anno Domini MDC XXVII°, praesentibus Ioanne Valentino Sobieuolski Praeposito Premisliensi, Samuele Malicki Praeposito Canczuciensi, Auditore causarum nostrarum, Zacharia Nowoszycki Capellano et Notario causarum nostrarum, Christophero Grochowski a Grochowce, Iosepho Latoszynski de Latoszyn, Alberto Mazowski Brzozoviensi, Ioanne Zeliar Iaslicensi Praefectis nostris. Ioanne Roiowski, Martino Brzeski.

Achacius Grochowski Episcopus Premisliensis mp. Georgius Grochowski decanus Premisliensis suo et totius capituli nomine mp.

Or. perg. (C. 8). Obydwie pieczęci odpadły. Na zagięteе po lewej ręce: *Adamus Nowodworski epus. Premisliensis mp. sscr.* Na odwrotnej stronie: *Anno Domini 1628 feria secunda post festum Circumcisionis videlicet 3 Januarii in capitulo generali protunc celebrato oblatum et per canonicos generalis capituli Premisliensis approbatum et confirmatum.*

CLVII.

W Wesołej 10. Stycznia 1630 r.

Stanisław Fabrycyus pleban wesołowski przeznacza 3750 złp. na utrzymanie altarysty przy oltarzu Bożego Ciała w katedrze przemyskiej.

Stanislaus Fabricius Wesolouiensis plebanus altare tituli Corporis Christi ad ciborium in ecclesia cathedrali Premisliensi situm melius fundandum duxi, novum altaristam ad dictum altare erigendo summamque trium millium septingentorum et quinquaginta florenorum monetae et numeri Polonicalis Premisliae apud certas personas, videlicet apud Ioannem Włochowic civem Premisliensem mille quingentos florenos, apud Sebastianum Czabankowic itidem civem Premisliensem octingentos florenos, apud Stanislaum Turkiewic itidem Premisliensem ducentos florenos, apud Stanislaum Bononi ducentos florenos, apud Bartholomaeum Przybylkowycz trecentos florenos cives itidem Premislienses; Crosnae vero apud Stephanum Kinol quadringentos florenos, apud Martinum Woinar trecentos florenos, apud Gasparum Zimon quinquaginta florenos, ab eis receptam ac in acta tam advocatialia Premisliensia atque Crosnensia quam etiam consistorii Premisliensis insertam, eidem altaristae donando. A qua quidem trium millium septingentorum et quinquaginta florenorum summa per me sic erectus altarista censum annualem trecentorum florenorum monetae et numeri Polonicalis percipiet. Ratione autem eiusmodi census duo sacra unum pro peccatis, alterum pro anima defuncti fundatoris praefatus altarista singulis hebdomadis ad Corporis Christi altare celebrare tenebitur; ius vero patronatus post obitum meum magnifico domino de Radochonce Stanislao Wapowsky castellano Premisliensi legittimisque successoribus dono; si successores defecerint, extunc ius collationis ac patronatus penes loci ordinarium manebit. Tutores quoque, qui prouideant, ne praedicta summa intereat, statuo praebendarium . . . . . [1]) et advocatum Premisliensem illisque pro labore salarium decem florenorum in erectione praebendae Wesolouiensis do. Acta sunt haec in domo parochiali villae Wesola die decima Ianuarii anno domini MDCXXX.

Według transsumtu Adama Nowodworskiego biskupa przemyskiego wystawionego w Brzozowie 31. Stycznia 1630 r. (poniżej nr. CLVIII).

---

[1]) Nazwa zniszczona wilgocią, tak że odczytać jej nie można, zdaje się, że zaczyna się od litery *K*.

CLVIII.

W Brzozowie 31. Stycznia 1630 r.

Adam Nowodworski biskup przemyski zatwierdza dokument Stanisława Fabrycyusa wystawiony w Wesołej dnia 10. Stycznia 1630 r.

Adamus Nowodworsky episcopus Premisliensis significamus, exhibitas nobis fuisse literas manu propria Stanislai Fabricii Wesołowiensis parochi subscriptas et sigillo eiusdem communitas supplicatumque fuisse nobis, quatenus eas approbare dignaremur. Quarum literarum tenor sequitur et est talis:

Tu następuje dokument Stanisława Fabrycyusa wystawiony w Wesołej 10. Stycznia 1630 r. (powyżej nr. CLVII), poczem:

Nos itaque praedictam fundationem confirmamus. In quorum fidem etc. Actum et datum in curia nostra episcopali Brzozoviensi die XXXI mensis Ianuarii anno domini MDCXXX°, praesentibus Georgio a Grochowce Grochowsky Decano nostro Premisliensi, Gnesnensi ac Cracoviensi Canonico, Nicolao Dunin Camenecensi ac Alberto Mostowsky Premisliensi Canonicis, Sebastiano Garbowic hospitalis Brozoviensis Praeposito, authoritate apostolica Notario publico, et me Ioanne Branecky Praeposito Rymanowiensi publico et actorum suae Celsitudinis Notario.

Adam episcopus Premisliensis manu propria.

Georgius Grochowski decanus Premisliensis suo et totius capituli nomine manu propria.

Or. perg. (C. 10). Po pieczęci na sznurku jedwabnym koloru czerwonego zawieszonej a umieszczonej w puszce blaszanej pozostała dolna część puszki i reszta wosku otaczającego pieczęć. Na odwrotnej stronie: *Anno Domini MDCXXX die vero 26. Junii in capitulo generali postridie festi s. Joannis Baptistae celebrato oblatum et per praelatos capituli approbatum.*

Thomas Dabrowski sacra auctoritate apostolica publicus et actorum venerabilis capituli Premisliensis notarius scripsit.

CLIX.

W Brzozowie 28. Marca 1636 r.

Andrzej Szołdrski biskup przemyski pozwala Jadwidze Krasowskiej wdowie po Janie Warzyckim odstąpić swe prawo dożywocia na wójtostwie wsi Lubatowy na rzecz Zygmunta z Orska Dunikowskiego pisarza ziemi sanockiej i Katarzyny Pełczanki małżonków.

Andreas Szoldrski episcopus Premisliensis significamus, quomodo nobilis Heduigis Krasowska, olim Ioannis Warzycki advocatiae in villa nostra Lubatowa possessoris legitima derelicta coniunx

dictaeque advocatiae iure advitalitio possessor, considerans, non posse rem familiarem in bonis funditus desolatis tractare, petiit a nobis, quatenus eidem ius suum advitalitium in personas nobilium Sigismundi de Orsko Dunikowski notarii terrestris Sanocensis et Catharinae Pelczanka coniugum cedendi consensum praeberemus. Nos in eam cessionem consentiendum esse duximus. Quae quidem cessio, posteaquam coram actis publicis authenticis legitime facta fuerit, nos eam ratam habituri sumus; vigore cuius cessionis dictam scultetiam, prout olim Ioannes Warzycki et Heduigis Krasowska per cessionem quoque olim Annae Cebrzykowa tenuerunt, nobiles Sigismundus Dunikowski et Catharina Pelczanka coniuges tenebunt ad extrema vitae alterius eorum tempora. Ratione cuius advitalitatis dicti coniuges singulis annis pro fabrica ecclesiae Premisliensis pro festo sancti Ioannis Baptistae capitulo seu eiusdem procuratori duodecim florenos Polonicales persolvere erunt adstricti. Quibus vita functis non prius possessione praefatae advocatiae successores ipsorum cedere tenebuntur, donec summa in literis originalibus dictae advocatiae expressa, dempta eiusdem summae iuxta constitutiones sinodales quarta parte, illis integre numerata fuerit, iuribus nostris et ecclesiae nostrae salvis semper ibidem manentibus. In quorum omnium fidem etc. Datum Brzozoviae in curia nostra episcopali vigesima octava Martii anno domini millesimo sexcentesimo trigesimo sexto, praesentibus Alberto Grabowski Posnaniensi, S. Michaelis Cracoviae, Alexandro Iordan Premisliensi, Boboviensi, Ioanne Miklasowski Visliciensi, Opatoviensi Canonicis, Ioanne Markiewicz I. V. Doctore, Stanislao Skrzetuski stabuli nostri Praefecto, Nicolao Szoldrski, Andrea Cielecki, Alexandro Wolski Aulicis nostris.

Andreas Szoldrski episcopus Premisliensis manu propria.

Ioannes Mikłaszowski Visliciensis, Opatoviensis canonicus, causarum curiae suae Illustritatis notarius.

Or. perg. (C. 9). Na pasku perg. zawieszona pieczęć na czerwonym wosku wyciśnięta z odciskiem herbu Łodzia, i napisem w otoku: ANDREAS SZOLDRSKI EPISCOPUS PREMISLIENSIS.

CLX.

W Przemyślu 26. Czerwca 1640 r.

Piotr Gembicki biskup przemyski, w. kanclerz koronny potwierdza dokument Macieja Pstrokońskiego wystawiony w Krakowie 20. Grudnia 1608 i zapisuje kapitule swej sołtystwo w Jasionce.

Petrus Gembicki episcopus Premisliensis, decanus Cracoviensis, praepositus generalis Miechoviensis et Plocensis, supremus regni cancellarius, significamus, quod exhibitis nobis domini Mathiae Pstrokonski antecessoris nostri literis authenticis, quarum tenor est talis:

Tu następuje dokument Macieja Pstrokońskiego biskupa przemyskiego wystawiony w Krakowie 20. Grudnia 1608 r. (powyżej nr. CL), poczem:

de data Cracoviae die XX Martii [1]) anno Domini 1608 propriae manus eiusdem subscriptione

[1]) Tymczasem dokument datowany jest z 20. Grudnia 1608 r. (zobacz nr. CL).

duabusque bullis pendentibus, quarum una sigillum eiusdem, altera sigillum venerabilis capituli Premisliensis impressum continebat, communitis, nos considerantes capitulo singulis annis ad iudicia generalia regni Lublinensia unius de medio suo iudicis deputandi onus incumbere, nec rationem, unde illi necessaria subsidia provideantur, inveniri, idcirco non innovationis duntaxat favore prosequendam, verum et meliorationis beneficio cumulandam duximus, uti quidem praesentibus literis nostris innovamus et melioramus, eosdem canonicos in praedictarum villarum Czergowa cum praedio et Iasionka proprietate in perpetuum servantes ac insuper eisdem advocatiam in villa praefata Iasionka priori donatione exemptam damus, ita ut canonici easdem villas Czergowa cum praedio et Iasionka tum et advocatiis in illis scilicet in Iasionka vigore praesentis, in Czergowa vigore donationis per Adamum olim Nowodworski antecessorem nostrum factae possideant, salvo nihilominus iure moderni advocatiae in Iasionka possessoris. Ius nihilominus conferendi ecclesiam parochialem in villa Iasionka nobis et successoribus nostris reservamus. Quemadmodum autem ex vi prioris donationis iidem canonici ad totam summam reddituum mensae suae ex Dolinensi praepositura Domaradzensisque advocatiae, tum praefatarum villarum Czergowa et Iasionka locationibus pensioneque Crosnensi et episcopalibus constatam in distributionum quotidianarum usum convertere modo, uti praefertur. ibidem erant obligati, ita praesentis meliorationis intuitu ad ducentos primum florenos Polonicales canonico in iudicem tribunalitium annuatim deputando quotannis numerandos, reliquam autem summam iuxta prioris donationis tenorem quotidianis distributionibus applicandam obligabuntur. Atque pro hoc nos et successores nostros ab subsidio consueto, quod iudici tribunalitio deputato conferi solebat, liberos statuimus. In cuius rei fidem etc. Datum Premisliae circa celebrationem capituli generalis die vigesima sexta mensis Iunii anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo, praesentibus Suligostowski Praeposito Crusvicensi, Canonico Gnesnensi, S. R. Mtis Secretario, Martino Klocinski I. U. Doctore et Praeposito S. S. Corporis Christi in Casimiria ad Cracoviam, Philippo Huttini I. U. Doctore, Secretario ac S. R. M. Notario, Ioanne Perowic S. T. D. Praeposito Bochnensi, Ioanne Niedzialkowski Canonico Plocensi, Ioanne Comecki Canonico Wratislaviensi, Andrea Buialski S. R. M. Secretario, Mathia Poniatowski, Iacobo Szultrski, Ludovico Cielecki.

Petrus Gembicki episcopus
Premisliensis cancellarius regni.

Georgius Grochowski decanus suo et totius capituli nomine mp.

Or. perg. (C. 11). Na sznurkach jedwabnych koloru zielonego zawieszone pieczęci biskupa i kapituły wyciśnięte na czerwonym wosku, znajdują się w puszkach blaszanych. Pieczęć biskupia przedstawia odcisk herbu Nałęcz w otoku napis: PETRUS GEMBICKI EPIS. PREMIS. DECA. CRACOV. P. M. ET PLO. SVPR. REG. POL. CAN. Pieczęć kapituły już powyżej opisywano.

CLXI.

W Warszawie 10. Marca 1643 r.

Władysław IV. potwierdza dokument Władysława Jagiełły wydany na Łysej górze 24. Marca 1424 r.

Vladislavs quartus Rex Poloniae etc. significamus exhibitas nobis esse literas, donationem

perpetuam certorum bonorum capitulo ecclesiae Premysliensis in se continentes, quarum literarum tenor sequitur talis:

Tu następuje dokument Władysława Jagielly wydany w klasztorze świętokrzyzkim na Łysej górze 24. Marca 1424 (powyżej nr. XLVIII), poczem:

Nos itaque supplicationi reverendi in Christo patris Alexandri Trzebienski episcopi Premysliensis vicecancellerii Regni annuentes, literas suprascriptas approbamus, in quantum iuri communi non repugnant. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae die X mensis Martii anno domini MDCXLIII, regnorum nostrorum Poloniae X, Sueciae XI anno.

Vladislaus Rex Ioannes Gembicki secretarius regni maior.

Or. perg. (B. 27). Na sznurkach jedwabnych koloru niebieskiego zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta większa pieczęć królewska w puszce blaszanej. Na odwrotnej stronie zapiska, według której oblatowano dokument w Przemyślu f. 4 post festa Paschatis 1647.

CLXII.

W Brzozowie 22. Maja 1669 r.

Stanisław Sarnowski biskup przemyski, opat sulejowski nadaje kapitule swej sołtystwo w Jasionce.

Stanislaus Sarnowski episcopus Premisliensis, abbatiae Suleioviensis perpetuus administrator, significamus, quod considerantes, quod ad instantiam nostram capitulum ad iudicia regni tribunalitia iudici pro tempore deputato ultra ducentos florenos, quos pro residentia Lublinensi pendere solebat, centum florenos, ut pro Petricoviensi quoque residentia subsidium habeat, ex proventibus mensae capitularis addidit et singulis annis confert, augendas illorum distributiones quotidianas constituimus. Quamvis autem advocatia in villa Iasionka mensae capituli existens iam alias per piae memoriae Petrum Gembicki protunc episcopum Premisliensem capitulo privilegio de data Premisliae circa celebrationem generalis capituli die vigesima sexta mensis Iunii anno domini millesimo sexcentesimo quadragesimo data et ad villas Cergowa et Iasionka adiuncta fuerit, tamen quoniam dispositioni memorati praedecessoris nostri subiacere non poterat, obstante possessione advitali nobilium Martini et Annae Gladkich coniugum, nunc autem ad dispositionem nostram per decessum eiusdem Martini Gładki devoluta sit, faciendum duximus, ut memoratam advocatiam in villa Iasionka existentem capitulo dandam et ad villas Cergowa et Iasionka incorporandam statuerimus, prout incorporamus, ita ut praedictam advocatiam una cum villis Cergowa et Iasionka perpetuo teneat deputatoque iudici e medio capituli ad iudicia tribunalitia regni eligendo pensionem florenorum trecentorum annuatim numeret, a cuiusquidem pensionis solutione nos et successores nostri liberi esse debebunt. Ius conferendi nihilominus ecclesiam parochialem in praefata villa Iasionka pro nobis reservamus. In quorum fidem etc. Datum Brzozoviae die XXII mensis Maii anno domini MDCLXIX, praesentibus Alberto Wlodek Canonico Premisliensi, Moscicensi Praeposito, Ioanne Ludovico Strzesz Custode

Culmensi, Sanocensi Parocho, Andrea Albinowski Canonico Iaroslaviensi, actorum curiae nostrae Notario, Michaele Bal, Iosepho Nałogowski Capellano nostro, Christophoro Głembocki Radymnensi, Alberto Constantino Chmielecki Brzozoviensi, Nicolao Przyborowski Iasliscensi Capitaneis, Nicolao Dubaniowski, Iacobo Przybyłkowski, Ioanne Strzałkowski, Iacobo Ostrowski.

Stanislaus Sarnowski episcopus Premisliensis,
abbas Suleioviensis manu propria.

Or. perg. (C. 12). Po pieczęci na sznurku jedwabnym koloru zielonego zawieszonej pozostał tylko sznurek. Na odwrotnej stronie: *Donatio advocatiae in villa Iasionka anno Domini 1699 die 26 mensis Iunii in capitulo generali pro festo sancti Ioannis celebrato productu et actis capitularibus inserta per Stanislaum Sarnowski episcopum.*

Ioannes Skwierczynski notarius V. capituli ecclesiae Premisliensis.

CLXIII.

W Rzymie 2. Sierpnia 1694 r.

Inocenty XII. papież pozwala dziekanowi, proboszczowi, archidyakonowi, kantorowi, kustoszowi i kanonikom kapituły przemyskiej nosić rochetę i mozetę fioletowego koloru.

Innocentius episcopus etc. pro parte Francisci Faluski et Theodori Pontecki et Andreae Podolski et Andreae Albinowski nec non Constantini Przedbor modernorum respective decani, praepositi, archidiaconi, cantoris et custodis ac Pauli Dubrawski et Ioannis Bryszkowski ac Andreae Vstrzycki et Kiliani Wiunski nec non Antonii Schembek modernorum canonicorum dictae ecclesiae (Premisliensis) nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis opportune providere dignaremur. Nos igitur ipsos Franciscum et Teodorum ac Andream Podolski et Andream Albinowski nec non Constantinum ac Paulum et Ioannem ac Andream Vstrzycki et Kilianum nec non Antonium praedictos specialibus favoribus prosequi volentes, eisdem Francisco et Theodoro et Andreae Podolski et Andreae Albinowski nec non Constantino ac Paulo et Ioanni ac Andreae Vstrzycki et Kiliano nec non Antonio praedictis rochettum et mozettam violacei coloris deferre et gestare concedimus. Datum Romae apud sanctam Mariam Maiorem anno incarnationis dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, quarto nonas Augusti, pontificatus nostri anno quarto.

Aug. D. Broliardus.

Or. perg. (C. 13). Na sznurkach jedwabnych koloru różowego i żółtego zawieszona bula ołowiana papieża Innocentego XII. Na zagięteе po prawej ręce: *Contesse.* Pod zagiętką kilka podpisów bardzo nieczytelnych. Na zewnętrznej stronie dokumentu: *Regestrata in camera apostolica.* Pod tem podpis nieczytelny.

CLXIV.

W Rzymie 15. Maja 1716 r.

